künig herczog zu Oesterreich zu Steyr, zu Kernndten vnd zu Crain grafe zu Tirol etc. Bekennen offennlich mit disem brief vnd tun kundt allermenigklich, als wir zu uolstreckung des loblichen furnemens, so wir vnd der durchleuchtigist furst her Maximilian romischer kunig zuallenntzeitten merer des reichs, zu Hungern Dalmacien Croacien etc. kunig, ertzhertzog zu Osterreich, hertzog zu Burgundi zu Brabant etc. grafe zu Flanndern vnd Tirol etc. vnnser lieber sun, dem heiligen reich vnd gemeiner cristenheit zu gut in dem kunigreich Hungernn, vnd vnsern erblichen furstenthumben vnd lannden, die mewr vnd portten gegen den vnglaubigen seinn, mit vnserm sweren darlegen, vnd teglicher arbeitt, in vbung steen, vnnseren vnd des heiligen reichs churfursten fursten prelaten grafen herren vnd vnndertanen vmb ferrer hilfe, vns vnd demselben vnserm lieben sun, dem romischen kunig auf sand Georgen tag schirst kunfftig, in vnnser furstenthumb Osterreich gen Wienn zu schicken ernnstlich geschriben haben, vnd dann an der selben sachen nit allain vns noch vnnserm haws Osterreich sonnder dem heiligen reich vnd gemeiner cristenheit mercklich vnd gros gelegen ist vnd deshalben die notdurfft eruordert, solich hilfe eylund und stattlich aufzubringen. Daz wir demselben zur furdrung, vnd der sachen vnd cristenheit zu gut, dem genannten vnserm lieben sun beuolhen, vnd mitsambt dem erwirdigen Wilhelmen bischouen zu Eystett vnserm fursten rate vnd lieben andechtigen, vnnser ganntz volkumen macht vnd gwalt gegeben haben, vnd geben auch wissentlich in craft diss briefs, also daz sy solich hilfe bey den genannten vnnsern churfursten fursten vnd vnndertanen durch zimlich mittel vnd wege, wie sy das am bequemlichisten vnd fuglichisten ansehen wil, an vnnserr stat vnd in vnnserm namen suchen vnd aufbringen sullen vnd mugen. Vnd was sy zu aufbringung derselben hilfe hanndlen vnd tun, wellen wir vnnsern halben stett hallten vnd volziehen in massen wir das selbst gehandelt vnd getan hetten. Wir geben auch dem gemellten vnnserm lieben sun hiemit vnnser sonnder macht vnd gwalt. Daz er solicher hilf halben an vnnser stat vnd in vnnserm namen gemein aufbot in das heilig reich bey sweren penen straffen vnd pussen, tun vnd schickhen vnd ob sich yemand wer der oder die weren, der-

selben hilf sperren oder wideren wurden, die von vnnsern wegen vmb solich pene straffe vnd pusse, darauf gesetzt durch seiner kuniglichen camer procurator fiscal fuernemen, die von dem oder denselben eruordern vnd einbringen, sich mit inen darumb vertragen vnd quittiren, vnd alles das hirinn hanndlen vnd tun sol vnd mag, daz vns darinn zutunde gepüret. Dabey wir es vnnsernthalben auch beleiben lassen, vnd im in solicher pene vnd seiner hanndlung kein irrung tun noch die person gegen den deshalben von im gehandelt vnd quittirt wirdet darumb ferrer nichtz fürnemen noch tun, noch yemands von vnnseren wegen zu tun gestatten wellen in kein weise, alles getreulich vnd vngeuerlich. Mit vrkunt diss briefs besigelt mit vnserm keiserlichen anhangendem innsigel, geben zu Lynntz am achtzehenden tag des monets January, nach Cristi gepurde vierzehenhundert vnd im einundnewntzigisten, vnnserr reiche des romischen im einundfunfftzigisten, des keiserthumbs im newnunddreissigisten vnd des hungerischen im zweyunddreissigisten jarenn.

Ad mandatum dnj. imperatoris in consilio.

Orig. Pap. Staats-Archiv.
Lichnowsky t. VIII. Regg. 1491. Chmel Regg. Nr. 8629.

LV. Linz 20. Jan. 1491.

K. Max. bestätigt dem Kloster Schonntal, Würzburg. Bisth. die inserirte Privilegien-Urkunde K. Carls ddo. 1365, und alle anderen Freiheiten, auf Ansuchen Konrads von Berlichingen, der ihm in dem Feldzug in Ungern vor Stuhlweissenburg, Wason und Stein am Anger treue Dienste geleistet hat.

Reichs-Regist. FF. 17. Staats-Archiv.

LVI. Linz 31. Jän. 1491.

K. Max. bestätiget dem Cristof von Topl „alle und yegliche „sein recht vnd gerechtigkeiten so er zu dem gut Gardon ge„nannt und aller seiner zugehörung in vnnserm kunigreich zu „Hungern gelegen von weilent Conradten Höltzler herrurende, hat" als König von Ungern. Geben zu Lynntz an Montag vor vnnser lieben frawntag purificacionis anno etc. lxxxxmo.

Max. ung. Aussch. Nr. 6.

LVII. Wels 5. Febr. 1491.

K. Max. ernennt seinen „lieben getrewn hofmarschalh Reinprecht von Reichenburg zu seinem obristen hauptmann in Hungern, Osterreich Steyr Kernndten Crain vnd windischen lannden" mit Vollmacht. Geben zu Wels, Samstag nach vnnser frawntag purific. anno etc. lxxxxi^mo.

Max. ung. Aussch. Nr. 12.

LVIII. Augsburg 9. März 1491.

K. Max. befiehlt, den Magister Andreas, Canonicus von Fünfkirchen in den Besitz der Abtei Botho zu setzen.

Maximilianus etc. Memorie commendamus tenore presencium significantes, quibus expedit uniuersis, quod nos attentis et consideratis vita virtute morum honestate alijsque virtutum et probitatum meritis fidelis nostri venerabilis magistri Andree canonicj quinqueecclesiensis, quibus ipsum ab alto insignitum nonnullorum fidelium nostrorum fidedigna commendacione agnouimus insignitum, eidem tanquam persone idonee et benemerite abbaciam ecclesie de Botho in diocesi quinqueecclesiensi nunc per mortem venerabilis et religiosi fratris N. abbatis eiusdem scilicet abbacie vltimi veri et legittimi possessoris de iure et de facto vacantem auctoritate jurispatronatus nostri regalis quod sicuti in omnibus regni nostri Hungarie ecclesijs, sic et in ipsa ecclesia de Botho more predecessorum nostrorum regni Hungarie habere dinoscimur in commendam duximus dandam, donandam et conferendam, ymo damus, donamus et conferimus presencium per uigorem. Quo circa vobis fideli nostro reuerendo in christo patri Sigismundo episcopo ecclesie quinqueecclesiensis prefate vel vestro vicario in spiritualibus generalj serie presencium strictissime precipimus et mandamus, quatenus statim acceptis prefatum magistrum Andream, vel suum legittimum procuratorem in possessione dicte abbacie realiter scilicet et corporaliter admittere et instituere de vniuersis quoque fructibus prouentibus et emolumentis eidem aut suo legittimo procuratori eius nomine respondere et pro his quorum interest vel interierit responderj facere debeatis et teneamini locis debitis et temporibus semper opportunis, presentibus perlectis exhibenti

restituturi. Harum testimonio litterarum. Datum in opido nostro augustensi nona die mensis Martij anno etc. lxxxxi.

Max. ung. Aussch. Nr. 47.

LIX. Nürnberg 24. Ap. 1491.

K. Max. bekennt, von Raymund (Peraudi) „electus et confirmatus gurcensis, referendarius et orator" 2500 Dukaten übernommen zu haben, und bestellt, da er dieselben wieder zahlen will, als Bürgen den Markgrafen Jacob von Baden und den D. J. U. Gisbert Stoltzenberg, welche beide jetzt Abgeordnete des Kaisers am römischen Hof sind. Datum in civitate nostra Nuremberg etc.

Max. ung. Aussch. Nr. 43.

LX. Nürnberg 4. Mai 1491.

K. Max. stellt dem Georg Fugger einen Schuldbrief über 10000 fl. aus.

Maximilianus etc. Recognoscimus et notum facimus per presentes, cum noster ac sacri romani imperij fidelis dilectus Georgius Fucker, pro redempcione certorum castrorum in confinibus regni nostri Hungarie et Turcorum positorum e manibus quorundam Turcorum qui ea nobis pro certa florenorum summa exhibere spoponderunt, decem milia florenorum renensium ad manus nostras sub forma mutui dederit et venerabilis Raymundus Peraudi electus et confirmatus gurcensis serenissimi domini nostri referendarius et orator ad preces et instanciam nostram eidem Georgio de dictis pecunijs infra quinque menses integros a data presencium computando de pecunijs et indulgencijs que in regno Suecie prouenerunt et ad manus suas porrigi debebunt satisfacere promiserit, idemque legatus alia viginti quinque milia ducatorum et quasdam alias pecunias conplurimas prout de hijs in quietancys constat similiter ex indulgencijs prouenientes, ad manus nostras consignari fecerit, quod nos in verbo nostro regio dicto Raymundo promisimus ac promittimus per presentes: si et in quantum summus dominus noster Innocencius sancte romane ecclesie summus pontifex per se, aut cameram apostolicam dicta x^m. florenorum in Swecia per ipsum Raymundum aut suos procuratores leuare, et ipsi Georgio Fucker reddere prohibuerit aut alios quoquomodo, ne in termino prefato eedem pecunie ipsi Georgio reddantur impedimentum fecerit similiter

si de dictis viginti quinque milibus ducatorum ipse summus pontifex iuxta cuiusdam procuratorij tenorem contentarj, neque eam summam florenorum a nobis fluendam expectare voluerit, tamen et de alijs pecuniis nobis per ipsum Raymundum aut suos procuratores et commissarios exhibitis et traditis cum ipso serenissimo domino nostro aut camera apostolica componere et sese concordare aut eorum occasione quietanciam integram de suis perceptis obtinere non potuerit, quod nos ipsum Raymundum erga ipsum serenissimum dominum, cameram apostolicam et quoscunque alios occasione dictarum pecuniarum nobis per se ipsum aut suos commissarios prestitarum seruabimus indemnem, et eidem de huiusmodi pecunijs omnibus infra annum a data presencium computando realiter et in effectu solucionem integram faciemus dolo et fraude quibuscunque remotis. Harum tenore literarum sigilli nostri appensione munitarum. Datum in ciuitate nostra nurembergensi, die quarta mensis Maij anno domini millesimoquadringentesimononagesimo primo, regnorum nostrorum romani sexto, Hungarie vero primo annis.

Max. ung. Aussch. Nr. 84.

LXI. Nürnberg 27. May 1491.

K. Max. schenkt dem Lienhart Fraidl, Mautner zu Stein wegen seiner treuen Dienste, ein Haus zu Oedenburg „in Sannd „Jorgen Gassen so vnns von Hannsen Ziergkendorffer herrurt, „vnd vmb seiner widerwertigkeit vnd verhandlung wegen vnns „dasselb haws und annder sein gut confiscirt vnd haimgeuallen „ist, auch den weingarten wismaden zehenndten eckern vnd „andern seinen anliegennden guttern, so er inngehabt etc. Geben „zu Nurmberg an freitag nach den Phingstfeirtagen etc. 1491."

Max. ung. Aussch Nr. 10.

LXII. Nürnberg 29. May 1491.

Freies Geleit K. Maximilians für die Grafen von Pösing etc.

Wir Maximilian etc. bekennen, daz wir den edln vnnsern lieben getrewn Johannsen Sigmunden vnd Thoman grauen zu Pösingen von der diemutigen vnd vndertenigen bete wegen damit sy vnns angelanngt auch aus sondern gnaden inen auch irn gemahln vnd allen denen so sy vngeuerlichen mit inen bringen

und haben werden unnser frey sicherheit vnd geleitt zwey monat die nechsten nach datum vnd in kraft dits briefs wissentlichen gegeben haben also daz sy dazwischen in vnnsers lieben herrn vnd vaters des romischen kaysers etc. auch vnnser erbliche fürstenthumben lannde gebiete vnd sonnderlich gen Baden mit irer hab vnd gut kumen die obgemelten zwen monadt daryunen sein hanndeln vnd wanndln von meniglich vnuerhindert etc. Geben zu Nurmberg am sontag Trinitatis anno etc. lxxxxj.

Max. ung. Aussch. Nr. 9.

LXIII. Nürnberg 17. Juni 1491.

K. Max. befreit den Conrad Horn vom Dreissigstzolle in Ungern von allen Kaufmannswaaren. Nürnberg Freitag nach St. Veit 1491.

Max. ung. Aussch. Nr. 13.

LXIV. Nürnberg. 12. Juli 1491.

K. Max. beurkundet die Bezahlung der auf dem Reichstage zu Nürnberg gegen die Könige von Frankreich und Böhmen bewilligten Reichshülfe durch den Erzbischof von Salsburg.

Wir Maximilian etc. bekennen, als durch vnnser vnd des heiligen reichs churfursten, fursten vngemein besamblung des nechstgehalten tags zu Nuremberg vnns ein stattlich hilf wider der kunig von Franckreich vnd Beheim vnbillich fürnemen zuthund zugesagt vnd desshalben ein anslag auf lewt zu ross vnd fuess beschehen, damit die statt Stuelweissemburg, so wir mit grosser mue vnd costung erobert vnnd yetzo durch denselben kunig von Beheim widerumb belegert ist zu retten, die vnns aber so eylund als vnnser vnd derselben statt Stuelweissemburg mercklich notdurft eruordert nit zugesanndt werden mugen, daz dieselben vnnser churfursten vnd fursten angesehen vnd solchen anslaglewt in gellt gewenndet vnd geslagen haben, damit eylund dinstlewt zu bestellen, daz vnns demselben nach der erwirdig Friderich ertzbischoue zu Saltzburg vnnser furst, vnnd lieber andechtiger, an dem anslag so im oberürtermassen zu thund aufgelegt ist tausent newnhundert vnd funfftzig gulden rheinisch auf hewt datum aussgericht vnd bezalt hat. Darumb sagen wir . . demselben bischof . . quitt, ledig vnd loss etc. Geben zu Nuermberg am xii. tag Julij anno domini etc. lxxxxj. etc.

Reichs-Reg. FF. 101. Staats-Arch.

LXV. Nürnberg, 12. August 1491.

K. Max. ernennt den Grafen Eytel Friedrich von Zollern, Bernhart Polheim, Heinrich Prueschingk, Reinprecht v. Reichemburg und Jörg Rotaler zu seinen Bevollmächtigten auf den Tag zu St. Bartholome nach Hainburg oder Pressburg.

Wir Maximilian etc. bekennen, als der allerdurleuchtigist grossmechtigist furst herr Friedrich romischer keyser zu allen tzeitten merer des reichs zc. vnnser lieber herr und vater zwischen vnnser eins vnd dem durchleuchtigen fursten Wladislaen kunig zu Beheim der cron zu Hungern halben des anndern teils einen gutlichen tag auf Sannd Bartholomeus des heiligen zwelfboten tag schiristkunftig gen Haimburg oder Pressburg angesetzt vnd benennt hat den wir selbs personlich anndrer vnnser vnd des heiligen reichs merckhlichen gescheft halben damit wir swerlichen beladen sein, diser zeit selbs nit besuchen mugen daz wir darauf den edln, ersamen vnnsern andechtigen vnd lieben getrewn Eytelfridrichen grauen zu Zolr vnnserm haubtmann in vnnser herrschaft Hohemberg, Bernharten von Bolheim brobst zu Stullweissemburg, Heinrichen Prueschinckhen freyherrn zu Stetemberg, Reinprechten von Reyhemburg vnnserm hofmarschalh vnd obristen haubtmann in Hungern vnd Jorgen Rotaler vnnsern reten vnd camrer vnnser ganntz volkumen macht vnd gwalt gegeben vnd beuolhen haben, geben und beuelhen inen auch hiemit wissentlich in kraft dits briefs, also daz sy samenntlich oder ettlich aus inen auf dem obbestimbten tag an vnserr stat erscheinen vnd daselbst in vnnserm namen alles das so zu ewigem frid vnd ainigkait oder gutlichem anstannd zwischen vnnser vnd dem gemelten kunig zu Beheim der obbestimbten cron Hungern halben dienen mag hanndln furnemen vnd besliessen sollen vnd mugen das wir ob wir selbs persönlich gegenwurtig gewesen wern hanndln furnemen vnd besliessen mochten vnd was also die obgenannten vnnser rete samenntlich oder ettlich aus inen hier inn hanndln vnd besliessen daz ist vnnser gehell vnd guter wille. Wellen auch das steet vnd vest halten in allermass als ob wir solhs selbs gehanndlt vnd beslossen hetten. Alles getrewlich vnd vngeuerlich. Mit vrkund dits briefs besigelt mit vnnserm kuniglichen anhanngundem innsigl. Geben zu Nuremberg an Freytag nach Sannd Laurentientag anno etc. lxxxxi^{mo}.

LXVI. Palota 22. August 1491.

Vollmacht König Wladislaus für seine Abgeordneten zur Friedensunterhandlung mit Oesterreich.

Nos Wladislaus dei gracia Hungarie Bohemieque etc. rex marchio Morauie ac Slesie dux zc. Recognoscimus et tenore presencium notum facimus quibus expedit uniuersis. Quod nos de fide fidelitate et prudentia, ac rerum agendarum experencia, fidelium nostrorum dilectorum reuerendi in christo patris, domini Thome episcopi ecclesie jauriensis, cancellarii prefati regni nostri Hungarie zc. nec non magnificorum comitis Stephani de Bathor judicis curie nostre et waywode transsiluani, ac Johannis de Schellenberg regni nostri Bohemie cancellarii, Ladislai Orzag de Gwth, agazonum, alterius Ladislai de Rozgou cubiculariorum nostrorum regalium magistrorum in Hungaria, Benessij de Waythmyl castellani in Karlnstain et magistri monetarum in montibus Cutnis, Vilhelmi Pamkirher liberi domini in Zalonok, et Johannis de Rwpow magis'ri curie regni nostri Bohemie zc. oratorum et consiliariorum nostrorum ad plenum confisi, eisdem de reliquorum dominorum prelatorum et baronum atque consiliariorum nostrorum maturo consilio, plenum mandatum, plenamque et omnimodam nostram facultatem et auctoritatem dedimus et concessimus damusque et concedimus per presentes, cum spectabilibus magnificis et egregiis dominis Thobia de Bozkowicz et Chernahora, Mathia de Spauer, supremo pincerna in Thirol, Bernaldo Perger prothonotario, ac doctore Johanne Fuchsmagen, oratoribus et consiliariis sacre imperialis maiestatis, item comite Ittelfriderico de Czolor, Hainrico Prueschynk, libero domino in Stettemberg, et Bernaldo de Polham, similiter oratoribus et consiliariis serenissimi principis domini Maximiliani romanorum regis zc. semper augusti, conueniendi, ac de mediis pacis et concordie inter illas maiestates, et inter nos, ac regna, et dominia vtriusque partis, ceterisque omnibus rebus necessariis loquendi, agendi, tractandi, disponendi, ordinandi, articulandi et finaliter concludendi, aliaque omnia et singula faciendi, que in premissis et circa premissa qualitercumque uidebuntur necessaria, et que nos ipsi facere possemus aut deberemus, si presentes essemus, etiam si talia forent, que mandatum exigerent magis speciale, quam presentibus est expressum. Promittentes in uerbo nostro regio, ac bona fide mediante,

quitquid per eosdem oratores nostros tractatum, dispositum ordinatum, articulatum et conclusum fuerit, ratum et firmum habebimus, et omnino acceptabimus, approbabimus, ratificabimus et obseruabimus, harum nostrarum quibus sigillum nostrum etc. etc. Datum in castro Palotha feria secunda proxima ante festum beati Bartholomei apostoli anno d. millesimo quadringentesimo nonagesimo primo regnorum etc. etc.

Commissio propria domini regis.

Orig. Perg. i Siegl. Staats-Arch. Lichnowsky t. VIII. Reg. No. 1611. Kollar, Urs. Vel. Indic. p. 322. No. 12.

LXVII. 23. August 1491.

Geheime Vollmacht König Wladislaus für Bischof Thomas, Johann von Schellenberg und Wilhelm Pamkircher.

Nos Wladislaus dei gracia Hungarie Bohemieque zc. rex, marchio Moreuie, ac Slesie dux zc. Recognoscimus per presentes, quod nos fidelibus nostris, reuerendo in christo patri domino Thome episcopo ecclesie jauriensis regni Hungarie cancellario, et magnificis Johanni de Ssellnberg, regni Bohemie similiter cancellario, nec non Wilhelmo Pamkircher de Zalonok consiliariis nostris, plenam et omnimodam facultatem, auctoritatem et potestatem nostram dedimus et concessimus damusque et concedimus per presentes, cum illis consiliariis sacre imperialis majestatis, et serenissimi domini Maximiliani romanorum regis semper augustorum zc. *si qui forte ab earundem maiestatibus, simul vel seorsum, secretam aliquam informacionem et commissionem habent, secrete item nomine nostro tractandi, concludendi,* ligam, confederacionem, promissionem et inscripcionem quamcumque faciendi et firmandi, nosque ad obseruacionem omnium, per eos conclusorum, obligandi, aliaque omnia faciendi, que nos ipsi facere possemus si interessemus. Promittentes in verbo nostro regio, et bona fide mediante, quecunque per eosdem simul vel seorsum disposita et conclusa fuerint, et item quascunque prommissiones obligaciones seu inscripciones, nomine et in persona nostra fecerint, omnino acceptabimus rataque omnia et firma habebimus, atque inuiolabiliter obseruabimus, sine omni dolo et fraude. Harum nostrarum quibus sigillum nostrum est appensum, et quas pro maiori fide et cautela, cirographo eciam nostro consignauimus, vigore et testimo-

nio litterarum mediante. Datum in castro Palotha in vigilia festi b. Bartholomei apostoli anno domini millesimo quadringentesimo nonagesimo primo regnorum etc. etc.

Wladislaus Rex manu propria scripsit (eigenhändig).

Orig. Perg. i Siegl. Staats-Arch.

LXVIII. Ulm. 6. Sept. 1491.

K. Max. Befehl an alle Unterthanen in Steiermark am Michaelstag zu Hartberg ganz gerüstet zu erscheinen, um das vom König von Böhmen belagerte Schloss Wesprim zu entsetzen.

Joanneum. Lichn. t. VIII. Regg. Nr. 1618.

LXIX. 7. Novemb. 1491.

Friedensschluss zwischen Wladislaus König von Ungern, K. Friedrich IV. und K. Maximilian I.

(Von österreichischer Seite ausgefertigtes Instrument.)

Nos Thobias de Boskowicz de Tscherrahora, sacre imperialis maiestatis capitaneus generalis, Matheus de Spawr sue maiestatis camerarius ac pincerna hereditarius comitatus tirolensis, Pernhardus Perger juris pontificij licentiatus, ac cancellarie australis imperialis prothonotarius, et Johannes Fuchsmagen doctor, imperialis consiliarius, pro serenissimo et inuictissimo principe et domino domino Friderico romanorum imperatore semper augusto Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. rege Austrie, Stirie, Carinthie ac Carniole etc. duce etc. domino nostro graciosissimo nuncij et oratores specialiter deputati, nos quoque Ytelfridericus comes de Zolarn regie romanorum maiestatis capitaneus in Hohenberg, Bernnhardus dominus de Polheim decretorum doctor regius consiliarius, Heinricus Prüschinkh liber dominus in Stettenberg regius camerarius, Johannes Kiskoruat (*sic*) et Georgius Rottaler regij consiliarij pro serenissimo ac gloriosissimo principe et domino domino Maximiliano romanorum rege semper augusto, Hungarie, Dalmacie, Croacie similiter rege, archiduce Austrie, duce Burgundie, Britannie, Brabancie, Stirie, Carinthie, Carniole, Lucemburgie, Gelrie etc. comite Flandrie et Tirolis etc. domino nostro graciosissimo similiter oratores et nuncij specialiter deputati. Recognoscimus et notum facimus tenore presencium vniuersis, quod ad tollendas et prorsus extinguendas hostilitates guerras diffe-

rencias et dissensiones, inter prefatos romanorum imperatorem et regem, eorum terras principatus et dominia subditos et incolas ex vna, et serenissimum quondam dominum Mathiam Hungarie regem, et consequenter serenissimum principem et dominum dominum Wladislaum Hungarie et Bohemie regem, et inclitum regnum Hungarie, regna, principatus, et dominia illi pertinencia, eorundemque subditos et incolas, partibus ex altera, dudum tempore quondam domini regis Mathie exortas, et occasione juris, quod idem dominus Maximilianus rex ad regnum Hungarie vigore cuiusdam inscripcionis habere dinoscitur, post eius mortem vsque in hec tempora nostra continuatas, suffulti plenaria et omnimoda auctoritate, facultate, et potestate prefatorum romanorum imperatoris et regis, provt in literis mandatorum nostrorum nobis desuper datorum clare contineri dinoscitur, cum reverendissimo in christo patre et domino domino Thoma episcopo jauriensi ac in Hungaria regio cancellario, tum et magnificis et nobilibus viris domino Steffano de Bathor judice curie regie et wayuoda transsilvano domino Johanne de Schellenberg regni Bohemie cancellario, domino Ladislao Orzag de Guth, agazonum, altero Ladislao de Rozgon, cubiculariorum regiorum magistris, domino Benessio Weitmulner burggravio in Karlstein et magistro monetarum in montibus Kuthnis, domino Johanne de Ruppow magistro curie regni Bohemie, et domino Guilhelmo Pemkircher libero domino in Zalonokh, pro serenissimo principe et dom. dom. Wladislao Hungarie et Bohemie rege etc. et prefato regno, nuncijs et oratoribus deputatis, in vnum conuenientes, et inter prefatos principes et eorum subditos pacis materiam diu longeque tractantes tandem post diuturnos et inexhaustos labores, diuina aspirante clemencia de communi et vnanimi consensu et concordia, cum prefatis oratoribus pro quiete et tranquillitate dictorum principatuum et dominiorum tum et vniuerse christiane religionis consolatione, huiusmodi bella guerras dissensiones et differencias presencium tenore sopiuimus ac prorsus extinximus sub modo et forma articulorum et capitulorum infrascriptorum ad quos deuenimus, eosdemque in virtute prefatorum mandatorum nostrorum conclusimus in hunc qui sequitur modum.

(1) Primo conuenimus quod serenissimus dominus Bladislaus rex, deinceps pro vero et indubitato Hungarie rege maneat,

regnumque ipsum eciam in heredes suos masculos, legittimos, ex lumbis suis procreatos, sub condicionibus infrascriptis transmittatur et deuoluatur. Quodque inter prefatos romanorum imperatorem et vtrosque reges, eorum regna, principatus terras dominia subditos incolas et habitatores eorundem, hinc in antea firma atque perpetua sit et maneat, pax, vnio, et concordia, ac quicquid hactenus ab inicio belli huius a tempore prefati condam regis Mathie vsque in hanc horam preda, captiuitate, homicidio, exustione, aut quacumque alia vi bellica inter hec dominia, subditos, habitatores, stipendarios et ministros commissum est, id vniuersaliter abolitum sit et perpetuo extinctum, et principes ipsi, amicicia beniuolencia et fauore se mutuo complectantur, precipue vero cesarea et regia romanorum maiestates ipsum d. regem Wladislaum vti suarum maiestatum consanguineum, regnique sui Hungarie statum, apud sanctissimum dominum nostrum summum pontificem, sedem apostolicam principes sacri romani imperij, et alias vbi opus fuerit, presertim in facto defensionis prefati regni ab incursione et vastatione nepharie gentis Turcorum, sincere promoueant et faueant eisdem, vicissim quoque ipse dominus Wladislaus rex et regnum prenominatis romanorum imperatori et regi omni studio consilio et fauore adesse debeant statum et dignitatem eorum proposse suo adiuuando et ampliando.

Item conclusum est, quod omnia ablata in hoc bello, (2)
preter bona mobilia que vt fit illico distrahuntur, ad quorumque restitucionem nemo presentis tenore cogatur, principibus et ipsorum subditis, moderationibus et condicionibus sequentibus restituantur. Inprimis dominus Bladislaus rex vniuersa castra ciuitates munitiones et alia loca cum suis pertinencijs in Austria, Stiria, Carinthia, Carniola et aliis dominijs hereditarijs cesaree maiestatis, que in sue serenitatis et suorum subditorum manibus sunt, et per quondam d. Mathiam regem vi armorum et in bello quod contra imperialem et regiam .ro. maiestates gessit, obtenta fuerunt, aut alias quoquomodo in manus suas euenerunt, cum omni jure, si quod in illis habere potuit romanorum imperatori infra tempus modos et condiciones, hic proxime descriptas, presentis tenore reddere teneatur. Similiter et eidem cesaree maiestati omnia iura que idem dominus

thias rex in castris que sua maiestas cesarea vsque hodie in terris suis hereditarijs recuperauit, forma et modo melioribus vt fieri potuit cessisse intelligatur.

(3) Item conuentum est quod ipse dominus Bladislaus rex loca subscripta infra hinc et festum sancte Lucie proxime venturum romanorum imperatori aut eius officialibus quos ad hoc maiestas sua deputabit, reddere teneatur, et prouidere, quod in reddendo huiusmodi loca ipse rex hominibus suis precipiat et disponat vt pacifice sine spolijs oppidanorum aut asportacione bambardarum et aliarum machinarum bellicarum que in presentiarum in ipsis locis sunt constitute, et ad ea precise pertinent, recedant, huiusmodi machinis illic relictis. Et sunt hec loca que infra hinc et festum sancte Lucie cedere debet, Stuchsenstain, Starhenberg, Gutenstain, Lichtenwerd, Potendorff, Kornnewnburg, Smida, Laa, Egenburg, Cisterstorff, Schonnberg, Hahenpruk et alia castra loca et municiones que forte sunt in manibus domini regis Bladislai alijs non obligata, hoc tempore cedet. At opidum Retz et castrum Wolkerstorff dominus rex Bladislaus assignare tenebitur romanorum imperatori infra hinc et festum sancti Blasij proxime venturum, infrascripta vero castra opida et municiones cum sint alijs obligata et inscripta, et tempore egeat ipse dominus rex Bladislaus vt ea ex illorum
(4) manibus redimat, conuentum est, vt ea infra medium annum aut ad summum infra annum, inicium eius a festo sancti Martini nunc instanti computando vel cicius vt fieri poterit ad manus cesareas vel romanorum regias, si quod absit, cesar interea excederet ex humanis consignare debebit, videlicet Kirchslag, Ebenfurt, Waltersdorff, Horn, Allenntsteig, Gmund, Melperg, Groborn, Karenprunn, Potenberg, Chrewtzensteten, Kadaw, Schawnstein, Obern Ruspach, Kraniperg similiter et alia omnia et singula castra et loca cum suis pertinentijs in prefatis cesaree maiestatis dominijs hereditarijs sita, que alijs obligata esse possint et hic nominata non sint infra prefatum annum cesaree maiestati ipse dominus Bladislaus rex assignare debebit. Ex parte autem castri Schonnkirchen quoniam istud non vi armorum sed empcionis titulo ad manus Sigismundi Snaitpekh a quodam Rewter deuenisse constat, conclusum est, quod idem castrum in manibus ipsius Snaitpekh maneat saluo tamen quod

heredibus et alijs jus ad dictum castrum habere pretendentibus ad eorum impeticionem coram principe patrie vti alius patrie incola stet juri, quodque sentencia mediante decretum fuerit, exequi paciatur absque aliquo impedimento, castrum vero Johenstein Johanni Sokolosky ad quem jure hereditario pertinet restituatur.

Item conuentum est. Si aliqui quibus dicta castra et mu- (5)
nitiones obligate sunt pro honesta et conuenienti satisfactione, quam dominus Bladislaus rex ipsis offeret, infra nominatum annum aut quandocunque ab ipso d. Bladislao rege in tali tempore anni requisiti fuerint cedere nollent, quod tunc cesar et romanorum rex armis auxilijs et consilijs aut alijs vijs et modis pro vt principes ipsi inter se conuenerint, domino Bladislao regi adesse tenebuntur, quo tanto comodius huiusmodi rebelles ad traditionem ipsorum castrorum que tenent ce. ma^{ti}, constringere possit, quodque ipse rex Bladislaus tenentibus huiusmodi castra talem ponat modum quod in hoc tempore quousque cesaree ma^{ti} consignari debent redditibus ad ipsa castra pertinentibus sint contenti, et vicinos non molestent neque perturbent, neque pacis huius violatores aut turbatores in ea castra intromittant, neque cum eis fedus vllum sub quocumque colore aut forma id fieri possit ineant, contrauenientes vt pacis violatores et rebelles puniendo.

Item conuentum est. Quod infrascripta loca ecclesijs aut (6)
ecclesiarum prelatis pertinencia per ipsum d. Bladislaum regem ad manus cesareas sub eadem inscripcione et obligatione sub qua ea tenuit, Mathias rex prefatus aut ad manus regias, casu si interea cesar vita fungeretur consignari debent, ita tamen vt cum ipsi prelati ad quos huiusmodi loca pertinent, ce. ma^{ti} aut post suam ma^{tem} romanorum regi satisfecerint: quod tunc sue ma^{tes} ea loca ipsis prelatis reddere et nullomodo ab ecclesijs alienare valeant. Sunt autem hec et nonnulla alia loca fere omnia apud manus Jacobi Zekel videlicet Petouia Prischâtz, vel alio nomine Rain Liechtenwald Reichenstain et si qua sint alia hic non nominata eadem lege tradi debebunt.

Item conuentum est, quod cesarea et regia romanorum (7)
ma^{tes} ipsum Jacobum Zekel seriose et omni via meliori requirere debebunt, quod omnia et singula castra opida et municiones

que in terris hereditarijs ce. ma^{tis} quondam d. regis Mathie nomine tenuit et hodie quocumque nomine tenet, siue sint ecclesiarum siue ce. ma^{tis} siue aliorum, sue ce. m^{ti} absque vlla dilacione restituat. Et ne is sese vel per fidem prestitam vel alio modo ab ea tradicione facienda excusare possit conuentum est, quod ipse d. Bladislaus rex similiter et illustris dominus dux Coruinus quandoquidem regnum cum eodem duce concordauit, quod huiusmodi castra regno reddere debeat, eidem seriose scribant et admoneant vt huiusmodi loca prefata, cesaree ma^{ti} ad eius requisicionem absque vlteriori mora cedat in effectu qui si post huiusmodi requisicionem adhuc cedere nollet, pretendens occasione alicuius obligacionis qua vel d. rex Bladislaus, regnum, vel dux Coruinus sibi videatur esse obligatus, ad huiusmodi cessionem donec sibi satisfiat artari non debere, conclusum est, quod in tali casu romanorum imperator vel rex tres viros eligere; similiter et d. Bladislaus rex tres nominare qui sex in opido Hainburga in termino duodecem ebdomadarum inicium earum a tempore requisicionis dictorum castrorum computando constitui, vbi et ipse Jacobus et aliquis cum sufficienti mandati nomine d. regis Bladislai et ducis Coruini coram illis comparere, qui more arbitrorum hinc inde quaslibet querelas differencias et actiones et responsiones vtriusque partis sufficienter audire debebunt, quibus auditis studebunt partes amicabili composicione vnire, que si reperiri non possit, ex hinc inde deductis quid juris sit cognoscent qui si sic sentenciando omnes vel maior pars concordabunt, quod decretum est illico exequutioni demandetur, si vero sic sentenciando sint pares, quique pro parte sua sentenciam dicentes extunc acta judicij vnacum arbitrorum sentencijs clausa et signata ad illustrem principem et dominum d. Ottonem ducem Bauarie tanquam superarbitrum qui ab ambabus partibus vt se huic negocio intromittat interpellari debebit, transmittent, qui visis actis vnam ex illis sentencijs probare teneatur, et quamcumque suo laudo probandam duxerit, ea absque mora in exequutionem mitti debebit vbi si d. rex Bladislaus vel dux Coruinus in aliqua pecunia soluenda sentenciati fuerint, neque in prompta pecunia adeo subito soluere habeant, debet ipse Jacobus Zäkel positis pignoribus sufficientibus, pro equitate et qualitate debiti contentari, totus au-

tem ille judicij seu arbitrij actus in termino duorum mensium postquam partes in Hainburga comparuerint finiri debebit, nisi jus ipsum longius tempus expostularet. At nichilominus teneatur Jacobus Zêkel prenominata castra absque mora ad manus cesareas consignare qui si super hec omnia adhuc rebellare et hanc condicionem neque suscipere neque loca prefata cesari cedere vellet, extunc ambo reges et cesar se mutuo juuare debebunt, eundem ad obedienciam compellendo si tamen idem Jacobus castra et loca prefata cesari sine difficultate et dilacione postquam requisitus fuerit restituet, conuentum est, quod ex tunc d. Bladislaus rex de eo sit contentus, et ei quietanciam absolutoriam de omnibus prestet, si et in quantum nichil obligacionis a sua serenitate vel duce requiret.

Item quantum pertinet ad castra et opida intra fines regni (8)
Hungarie constituta videlicet Ferream ciuitatem, Vorchtenstain, Kobelsdorff, Hornstein, Rechnitz, Güns, Pernstain et alia loca que ante bellum quondam regis Mathie fuerunt in manibus sacre imperialis maiestatis, conventum est quod ea loca omnia preter Rechnitz, cum suis pertinencijs antiquis, quod imperialis celsitudo de gracia speciali domino Guilhelmo Pemkircher juxta sue maiestatis litteras donauit: debeant apud suam maiestatem remanere secundum vim et tenorem prioris inscriptionis et concordie tempore prefati regis Mathie cum imperali maiestate facte, sed quoniam Ferrea Ciuitas et Vorchtenstain et Kobelstorff vsque hodie in manibus d. regis Bladislai aut suorum subditorum habentur, conclusum est, quod ea loca cum suis pertinencijs idem d. rex Bladislaus ad manus cesareas infra hinc et diem sancte Gerdrudis proxime venturam, que est decima septima Marcij anni nonagesimi secundi consignare debebit, retentis tamen omnibus condicionibus circa ea loca in priori tractatu notatis in suo vigore presertim in facto impositionis super homines illorum locorum ob generale passagium pro defensione regni et jurium et exercicij jurisdictionis pertinentis ad ecclesiam jauriensem, aut alias ecclesias regni. Et quidem non solum in locis prefatis sed et quibuscumque alijs locis regni in quibus decime de jure ipsi ecclesie jauriensi vel alijs ecclesijs in regno consistentibus percipi solent, vbi si quisquam locorum illorum capitaneus vel officialis aut alius subditus imperialis majestatis

in solucione decimarum aut aliorum jurium ecclesie rebellis, vel ea jura vti jus postulat non soluisse compertus fuerit, compelli debet per cesaream maiestatem ad satisfactionem integram vnacum expensarum solucione. Quocirca vt huiusmodi turbaciones que pro tempore fieri possent vitentur dignabitur sacra imperialis maiestas tales illic ponere castellanos qui cum vicinis amicabiliter viuant, via facti nichil contra eos attentent, et ecclesijs sua jura vt ab antiquo est introductum, relinquant.

(9) Item quod ipse d. Wladislaus rex et regnum litteras illas obligatorias pro centum milibus florenorum datas quondam Mathie regi in prima concordia ce. maiestati reddere debeant, que si haberi non possent, obligabuntur dare sue maiestati quietanciam sufficientem qua sua maiestas subditi et omnes status ducatuum et dominiorum sue maiestatis sint assecurati, et nichilominus littere huiusmodi presentis tractatus vigore ipso facto intelligantur casse et extincte.

(10) Item ipse d. Bladislaus rex et vniuersum regnum veteres illas inscriptiones super successione factas ratificare confirmare et renouare teneantur, ita videlicet quod si ipsum d. Wladislaum regem heredem masculum non contingat suscipere, aut susceptum vita fungi nullo herede masculo per lineam rectam descendente post eum relicto, regnum ipsum, cum universis alijs regnis prouincijs et dominijs ad coronam regni Hungarie spectantibus, in ipsam regiam romanorum maiestatem aut eius heredes per lineam rectam ex lumbis suis descendentes deuolutum intelligatur ipso facto.

(11) Item quo regia romanorum maiestas de huiusmodi successione magis assecuretur conclusum est, quod d. Bladislaus rex huius rei ac aliorum negociorum regni gracia cicius vt fieri potest dietam indicat, de cuius tempore d. consiliarios cesaree aut regie maiestatum Wienne existentes auisabit tempestiue, ad quam conuocet prelatos barones ciuitates et alios status regni pociores in maiori vt pro temporis huius breuitate fieri potest numero, vbi et romanorum regis oratores adesse debebunt. Qui prelati barones ciuitates et alij status regni illic comparentes hunc presentem tractatum sollenniter acceptabunt, ac omnes et singuli sese pro se heredibus et successoribus suis litteris patentibus inscribent, in hanc sentenciam, si d. Bladis-

laum regem liberis masculis ex lumbis suis legittime procreatis non relictis, aut eisdem relictis et sine heredibus descendentibus mortuis, decedere contingat, quod in tali casu ipsum Maximilianum romanorum regem aut eo non existente aliquem ex filijs suis, aut his non existentibus eorum heredibus masculis per lineam rectam ex lumbis eorum descendentibus, quem eligendum duxerint, pro suo legittimo et indubitato rege acceptabunt ad possessionem regni absque omni difficultate venire permittent, in possessionem regni inducent, et illi vti regi et domino suo debita obsequia prestabunt, hancque sentenciam publice et solemniter in eadem congregacione romanorum regi in prefatorum regis romanorum oratorum presencia jurabunt.

Item quoniam multi fortassis quorum interest aut interesse debebit, in hac congregatione non comparebunt, et ipsius negocij magnitudo expostulat vt hec presens concordia omnium auribus inmittatur, conclusum est, vt hac et aliarum regni necessitatum gracia d. rex Wladislaus alteram dietam generalem, ad festa Penthecostes proxime ventura vel circa, in aliquo insigni loco seu ciuitate regni indicat, vbi similiter oratores romanorum regis adesse debebunt, in qua conuocatis omnibus incolis tocius regni et dominiorum illi pertinencium hunc tractatum et vnionem vniuersaliter publicari et ab vniuerso populo ro. regem aut suos heredes, casu quo ipse Bladislaus rex sine legittima prole masculina superstite mortem obiret, in futurum Hungarie regem acceptari faciat. Et si qui illic comparentes in priori congrecacione visi non fuerint, illic prenominatum iuramentum publice, modo quo supra dictum est prestare et litteras confitentes itidem quod generales ille littere in prima congregacione recognouerunt, roborare debebunt. (12)

Item conclusum est, quod huiusmodi litterarum roboratio et iuramentum deinceps de persona in personam descendat, tamdiu quousque talis casus de succedendo romanorum rege, aut sua prole verificetur. Ita quod quocienscunque aliquem regni prelatum ad prelaturam suam de nouo assummi contingat, quod is in assumptione sua presentem tractatum de succes- (13)

sione romanorum regis, aut suorum heredum juret, velle obseruare et eum prosequi vti de iuramento in prima congregacione superius dictum est. Insuper et litteras patentes quibus et juramentum huiusmodi se prestitisse et tractatum presentem seruare velle sese obligare tenebitur, alioquin nisi hec fecerit ad huiusmodi prelaturam admitti non debet.

Pari modo palatinus regni, banus Croacie, wayuoda transsiluanus, comes themesiensis, bani de Yaytza, zewreniensis et nandoralbensis, castellani castri budensis, comes posoniensis et alij officiales maiores et castellani potiorum castrorum regni presertim eorum que in finibus regni sunt constituta, quociens-cumque tales de nouo ad sua officia assumi contingat, jurare romanorum regi et litteras dare modo quo supra de prelatis dictum est tenebuntur, neque alias huiusmodi eorum officijs preficiantur.

(14) Item conseruatores sacre corone regni presentes et futuri, in ingressu officij sui jurabunt ro. regi, eam coronam si accidat d. Wladislaum regem sine legittima prole decedere, nulla post eum masculina relicta, modo quo supradictum est, ad nullius manus dare sed pro coronatione ipsius romanorum regis aut sui sanguinis ex se per liniam rectam descendentis fideliter conseruare, similiter et cum ipso castro Wissegrad soli romanorum regi aut heredibus suis in tali prefato casu obedire velle, et de his litteras suas patentes roborabunt.

(15) Item si d. Wladislaus rex excederet ex humanis herede masculo annis minore relicto conuentum est, quod hii, qui heredem talem juxta regni ordinationes et consuetudines sub tutela sua tenebunt, pari modo, et de nouo jurabunt cum tutelam huiusmodi suscipient presentem tractatum quantum ad successionem manutenere et secundum illius tenorem viuere: heres insuper ipse cum ad legittimam etatem peruenerit tenebitur omnia hic in presenti tractatu conclusa litteris et sigillis pro se et heredibus suis, eo modo quo d. Bladislaus rex fecit, antequam regni gubernacula assumet, roborare et confirmare. Et is modus seruandus erit de herede in heredem et tutoribus eorundem, continuando quousque successio ipsa in sanguinem ro. regis si superextat deuoluatur.

(16) Item conuentum est, quod litere roborande in prelatorum officialium aut tutorum assumptione noua et alie littere omnes

de quibus supra fit mencio, mox vt fuerint roborate presentari debeant in Hainburgam, reponendo eas ad judicem et consulatum aut castellanum ibidem vti placitum siue ordinatum fuerit per romanorum regem quorum opera vlterius ad manus ro. regis transmittentur.

Item conclusum est si d. Wladislaus rex sic uti premittitur sine heredibus masculis decedens filiam vnam vel plures reliquerit, tenebitur rex ro. vel heredes eius qui tunc regno preficientur easdem pro consuetudine regni honeste dotare et maritare. (17)

Item si d. Bladislaus rex sic vt premittitur sine heredibus masculis decederet vxore sua vidua relicta tenebitur romanorum rex dotem ipsi vidue juxta regni consuetudinem debitam soluere ex integro, idem conclusum intelligatur de heredibus succedentibus heredibus ro. regis, quocienscumque viduas vxores post se superstites reliquerint. (18)

Item conclusum est, quod romanorum rex aut heredes sui regnum suscepturi pro eiusdem regni et incolarum suorum consolacione et commodiori contra hostes defensione in ipso regno saltem pro maiori parte temporis habitare dignentur. (19)

Item conventum est, si regni Hungarie hereditas modo predicto in sanguinem cesareum deuoluetur, quod is qui iuxta capitula prefata a regnicolis rex acceptabitur vel eligetur, pro regni defensione et consolacione quamprimum venire et accelerare debeat, qui similiter non armis vt hostis regnum intret, sed in limitibus regni iuxta morem expectet, quousque per relatos barones et alios regnicolas honorifice susceptus, sine dilacione introducatur. Qui et tunc jura et consuetudines regni antiquas et approbatas seruare, et regnicolas omnes in suis juribus libertatibus et approbatis consuetudinibus conseruare, et confirmare promittet, quemadmodum et alij reges predecessores sui promittere et confirmare consueuerunt. (20)

Item romanorum rex titulo regni Hungarie vti poterit et ita a domino rege Bladislao et regnicolis appellabitur quemadmodum cesarea maiestas eodem hactenus vsa fuit et deinceps vtetur. Vicissim quoque cesar et ro. rex et ipsorum subditi dominum Bladislaum regem Hungarie cum titulo solito regni Hungarie appellare et intitulare tenebuntur. (21)

(22) Insuper pro solidiori perpetue huius vnionis fundamento conventum est quod idem d. Bladislaus rex circa regnicolas regni Bohemie laborare et omnem sibi possibilem dare debebit operam, et studium impendere, quo eosdem inclinet et in hanc sententiam trahat vt eo sine liberis masculis decedente, hunc dominum Maximilianum regem aut heredes suos legittimos ex lumbis suis descendentes regem sibi preficiant, idque quantocius fieri potest incipere, et omnes fauores et studia sibi possibilia, adhibere debebit, vt ipse rex ro. et nemo alius in hoc Bohemie regno sibi in tali casu succedat.

(23) Item conuentum est, quod in recompensam aliqualem expensarum factarum per ro. regem in hoc bello et requisicione juris sui, ipse d. Bladislaus rex soluere debebit romanorum regi centum milia florenorum hungaricalium in auro, justi ponderis vel argento aut moneta currente in Austria, computando semper quatuor renenses aut tantum monete sic currentis pro tribus florenis hungaricalibus, in spacio duorum annorum quorum inicium computandum sit a festo S. Martini nunc instanti, ita tamen, quod triginta milia teneatur soluere in termino primi dimidii anni, alia triginta milia in fine primi anni relique vero sume medietatem in fine secundi anni dimidij et alteram medietatem in fine secundi anni. Et pro huiusmodi pecunia ipse dominus Bladislaus rex et regnum romanorum regem assecurabunt litteris et sigillis in ea forma et obligatione, quod si aliquam ex illis sumis soluere neglexerit, quod ex tunc eius loco duplum, hoc est pro triginta sexaginta et pro viginti quadraginta milia soluere sit obligatus. Liceat insuper ro. regi negociatores regni et eorum bona vbicumque ea inuenire poterit arrestare tamdiu quousque huiusmodi duplum solutum fuerit et occasione arrestacionis huius non intelligatur presens vnio et pax esse violata.

(24) Item conventum est, quod omnes injurie dissensiones discordie et differencie quoquo modo occasione presentis belli et adhesionis ro. regi infrascriptarum personarum videlicet reuerendissimi d. Jo. episcopi vesprimiensis magnificorum et nobilium virorum d. Johannis comitis de Tzetin, Jacobi et Nicolai Zekel, Johannis Kishoruat, Steffani et Georgii fratrum eius, Laurencii Bamffi, Johannis Berczlo et Francisci filii ejusdem ac Johannis filij quondam Martini Berczlo, Ladislai Johannis et

Steffani fratrum de Kanisa, Nicolai Zechy de Alsolindwa, Jacobi Banffi de Lindwa, Johannis et Steffani fratrum de Elderbach, Nicolai comitis de Francapan, Michaelis comitis filij Dwian, Nicolai Hagmas de Zengeroth. Johannes Wornemysya, Georgii de Stresewle, Georgii de Welike, Petri Ampolitz, Elexwayda Nicolai Kalimanitz, Petritz Mathie Clesicz, Petri Elez, Nicolai et Ladislai filiorum Frankonis quondam Bani de Tallotz, Johannis Wanffi filij quondam Perkonis bani, Bernaldi et Georgij filiorum quondam Francisci Banffi et Johannis filij Nicolai de Tallotz, Ladislai Osthffij inter prelatos barones nobiles opidanos et alios regni Hungarie et pertinenciarum incolas, et eorum subditos exorte prorsus sint sublate et extincte. Quodque prefati et alii quicumque adherentes et confederati ro. regi hic suis nominibus non designati apud dominum Bladislaum regem eadem gracia et beniuolencia vti ceteri incole regni tractentur cum abolicione omnium preteritorum quouis modo in hoc bello contra suam serenitatem et regnum attentatorum et sublatione omnis indignationis omnino, quibus et cuique eorum seorsum sua serenitas litteras huiuscemodi reconciliationis in forma honesta insuper et libertatem et facultatem vbicumque aut cuicumque principum, qui non sit hostis sue maiestatis, aut regni, aut hostibus adherens et presertim ad honorem ro. regis prestita tamen prius obediencie et fidelitatis juramento aliorum ipsi d. regi Bladislao extra regnum standi et seruiendi provt ipsis libitum aut conueniens fuerit, libertatibus tamen regni et oneribus circa eorum bona et redditus supportandis semper saluis, ad eorum instanciam et peticionem clementer concedere et admittere debebit. Conclusum est insuper, quod in spacio quatuor mensium ini- (25)
cium eorum a predicto sancti Martini festo summendo prefati adherentes in omnia eorum bona immobilia et jura que post mortem regis Mathie ro. regi adherendo perdiderunt restituantur. Si autem huiusmodi bona in quorundam baronum aut incolarum regni manibus teneantur que d. rex Bladislaus non nisi armis ob eorum temeritatem ab eis eripere valeat, con- (26)
clusum est quod hoc casu sua serenitate contra tales ipso facto armis procedente quitquid temporis ultra dictum spacium quadrimestre pro recuperacione eorundem locorumcurret neque imputari neque huic tractatui obesse debebit. Ipsi insuper (27)

adherentes quibus castra sua in hoc bello non sunt adempta tenebuntur in spacio octo ebdomadarum inicium earum a festo s. Martini jam dicto computando nisi a regno abessent ipsi d. Wladislao regi prestare juramentum fidelitatis quemadmodum moris et consuetudinis est in regno hactenus obseruate. At absentium loco sufficiet quod huiusmodi juramentum fratres eorum presentes vsque ad eorum reditum interea prestare teneantur et prestent, ipsis autem superuenientibus huiusmodi juramentum per se prestare tenebuntur, quicumque autem hec vti prescripta sunt siue presentes sine absentes facere neglexerint presens tractatus ipsis minime suffragari debebit, quibus vero castra vel alia bona sua hoc tempore belli sunt ablata illi tunc tandem juramentum huiusmodi prestare tenebuntur cum eorum bona ipsis modo jam prescripto restituta fuerint.

(28) Preterea si qua theolonia vel alia bona siue hereditaria siue pignoratia *(sic)* nominati adherentes alijs occasione presentis belli abstulissent vel occupassent, teneantur et isti post notificacionem presentis concordie ad restituendum ea illis quibus pertinent aut e quorum manibus abstulerunt. Si tamen aliqua ex huiusmodi bonis receptis vel occupatis per adherentes rursus ex manibus eorum erepta essent: apud illos quibus pertinent maneant, quiquidem adherentes si alias aliquid juris ad huiusmodi bona habere pretendant id jure mediante requirere debebunt quibus ad eorum instanciam jus expeditum administrari debebitur.

Simili modo et via vti jam de adherentibus regie ro. maiestati scriptum est agatur in reddendo castra et alia bona circa subditos ce. maiestatis si qui fortassis in hoc bello d. Bladislao aut quondam Mathie regi adherere et ea gracia castra sua perdere potuissent superioribus articulis saluis et in suo robore permanentibus. Circa castra tamen reddenda domino de Liechtenstain de Muraw ita conuentum est vt ea tandem cesarea majestas teneatur eidem reddere cum fiet vltima restitucio castrorum predictorum ad manus cesareas. Ita quod simul et semel hinc cesar domino de Liechtenstain, illinc d. rex Bladislaus castra restancia cesari reddat quiquidem de Liechtenstain cum hoc tempore captiuus teneatur communi articulo captiuos concernente gaudere debebit.

Item cum comites Croacie in hoc bello ro. regi adherentes conquerantur de bonis ipsis ablatis conclusum est, quod omnia et singula eorum bona et jura que postquam ro. regi adheserunt perdiderunt, eis restitui debent in tempore quo supra de adherentibus dictum est. De his autem bonis que ante adhesionem aut tempore regis Mathie ipsis ablata sunt ad eorum instanciam d. rex Vladislaus expeditam justiciam remotis superfluis dilacionibus et excepcionibus magis ad differendum negocium quam jus promouendum proponi solitis juxta morem et regni consuetudinem administrare et in propria persona pro huiusmodi jure reddendo sedere debebit. (29)

Item de castris comitum de Zagoria ita conuentum est, quod Jacobus Zekel ea castra ad fideles manus domini Bladislai regis tanquam terciam personam resignet, et postea vocatis comitibus ipsis et d. duce Coruino cui ea castra per Mathiam regem perhibentur esse donata, ipse d. rex Bladislaus iuxta regni consuetudinem seruatis seruandis expeditam justiciam ministret et cui parcium predictarum per huiusmodi sentenciam ipsa castra obuenient illius manibus rex ipse ea tradere teneatur indilate.

Item in facto debiti et querelarum quas nobilis vir d. Thobias de Tschernahora proposuit in hunc modum est conventum. Inprimis d. rex Wladislaus tenebitur ipsi infra mensem inicium ejus a festo S. Martini computando villas illas in Morauia sibi pro certa peccuniarum summa obligatas et per quondam Mathiam regem vi ablatas restituere vt illis juxta vim et tenorem litterarum obligacionis libere vti possit. Duo insuper milia florenorum quondam Mathie regi prefato per ipsum dominum Thobiam mutuata si ipse d. Thobias per litteras vel alia euidencia documenta huiusmodi debitum probauerit ipse rex Bladislaus infra annum ejus initium a sepe dicto s. Martini feste computando ipsi d. Thobie aut eo non existente heredibus suis restituere teneatur, de quinque milibus florenorum inscriptis ipsi domino Thobie per ipsum Mathiam regem super castro Schonnberg quandoquidem ex illis ipse d. Thobias d. Bladislao regi tria milia de bona voluntate remisit conuentum est vt reliqua duo milia d. rex Vladislaus eidem in spacio duorum annorum inicium eorum iterum a festo sancti Martini jam instanti (30)

computando soluat, quantum vero ad impensas factas in edificia in Spilberg pertinet conuentum est, quod de huiusmodi impensis d. Thobias capitaneum Morauie edoceat, quibus edoctis et ad regiam maiestatem per capitaneum deductis et constito ex ipsius capitanei relacione quid sua serenitas pro huiusmodi impensa soluere debeat id infra annum a tempore declarationis ipsius capitanei ipsi d. Thobie soluere tenebitur.

(31) Item in facto crediti nobilis viri domini Guilhelmi Pemkircher quod contra prouinciales Stirie et Carinthie proponit, conuentum est, maiestas imperialis demandabit prefatis prouincialibus vt ei dictum creditum soluant, qui si se in eo mandato grauari querantur tanquam jam dudum ab eo sint absoluti constituere debebit. Ce. maiestas prefatis prouincialibus diem ad Gretz in festo purificacionis celebrandam vbi et ipse d. Guilhelmus factores suos vnacum aliquo d. regis Bladislai servitore habere debebit et facta racione et computu de perceptis ex dicto credito et constito quantum post huiusmodi computum soluendum eidem restet istius summe dimidium in termino primi anni ejus inicium a conclusione computi faciendo et alterum dimidium in termino secundi anni inmediate sequentis prefati prouinciales ipsi d. Guilhelmo soluere debebunt. Quod vero ad castrum Ketsch siue eius redditus et prouentus spectat, conuentum est, quod idem d. Guilhelmus ce. maiestatem de huiusmodi jure litteris et sigillis, vt pretendit munitus informet, quibus juribus si ce. maiestas excipiendo contradicat ex tunc illi sex in Hainburgum in facto Jacobi Zekel vt prefatum est venturi, an littere d. Guilhelmi an cesaree maiestatis contra easdem excepcio preualeat, decernant, qui si cognoscendo sint pares ex tunc d. Thobias de Tschernahora a nobis cesareis et regiis oratoribus vt hoc onus in se assumat interpellatus inpresenciarum, vti superarbiter vni dictarum sentenciarum accedere debebit, ex cuius cognicione si castrum prefatum aut ejus redditus ipsi d. Guilhelmo accedere debebunt, extunc in spatio dimidij anni ejus inicium a tempore hujus decisionis computando ce. maiestas d. Guilhelmo castrum ipsum vel ejus redditus restituere aut ejus loco octo milia florenorum hungaricalium auri soluere debebit, ac si prefati sex occasione dicti Jacobi utputa quia eius causa absque eorum conuentu terminari poterit in Hainburgum non essent accessuri, nichil-

ominus presentis cognicionis gracia illac (sic) venire debebunt.

Item conuentum est insuper quod et rex Bladislaus et (32)
regnicole hos qui se neutrales in hoc bello constituerunt vt
Sopronienses et alii eque vt alios regni subditos gracia et be-
niuolencia complectantur et occasione illius neutralitatis aut
cuiusuis alterius cum ro. rege intelligentie nulla indignacione sta-
tuum suorum detrimento persequantur.

Item quantum spectat ad castra ipsius Gyleys ita conuentum (33)
est si coram prefatis sex in Hainburgum in facto Jacobi Zekel
venturis documentis apertis docebitur pro parte ce. maiestatis ce.
maiestatem eius castra vt hominis rebellantis sue maiestati obse-
disse priusquam sue maiestati de nouo, quandoquidem post mor-
tem Mathie regis se in subiectionem cesaream dederit nomine
d. regis Bladislai diffidauerit, exclusus sit a beneficio presentis
tractatus. Si autem ostendetur quod ante huiusmodi obses-
sionem et post reconciliacionem et agnitam naturalis domini sui
superioritatem cesari nomine regis Wladislai hellum indixerit
gaudeat beneficio tractatus presentis ita quod castra sua sic
ablata eidem restituantur.

Item ex quo castra et dominia omnia ipsius domini de (34)
Potendorff ad manus cesareas venire debebunt juxta prius con-
clusa ipse autem filiam vnicam reliquerit superstitem conuentum
est, quod sua maiestas eidem bona sua hereditaria aut jure
ei debita restituat et donec sit minor annis ei de tutore pro-
uideat.

Item conuentum est, quod ex aduerso romanorum rex (35)
vniuersa castra et municiones hoc tempore belli per suam maies-
tatem in Hungaria Croacia Sclauonia et ceteris prouincijs qua-
litercumque ad Hungariam pertinentibus per se aut alios ex-
pugnata vel alias qualitercumque in dedicionem recepta infra
hinc et festum S. Lucie prescriptum ita vt castrorum huius-
modi tradicio hincinde eodem tempore fiat, his, quorum fue-
unt et de quorum manibus recepta sunt reddere vel restitui
facere teneatur et presertim Sabariam uulgariter Stain am Anger,
Zengroth, Kemend, Marwankew, Kostel et alia omnia que in
suis aut suorum subditorum manibus habet et hic non sunt ex-
pressa suis nominibus. At castrum Tersat quod vt fertur est in

manibus cesareis conuentum est vt in sue maiestatis manibus cum suis pertinencijs quo ad vitam sue maiestatis dumtaxat maneat, et sua maiestate ex humanis sublata absque vlteriori cunctacione ad regnum redire debeat, quod vt cercius fiat tenebitur sed. Maximilianus rex de tradendo huiusmodi castro post cesaris mortem ipsi regno vel regi si interea modo superius expresso regno non proficietur pro se et heredibus suis inscribere et obligare.

Item quantum ad castrum Zdentz attinet conuentum est vt exquo ad illud dominus wayuoda transsiluanus plenum jus habere asserit, manibus suis per regiam ro. maiestatem assignetur. Castrum vero Scharffenekh tunc tandem manibus regijs aut illius cui pertinet assignetur quando d. Bladislaus rex vltimam faciet cesari castrorum predictorum restitucionem ita quod huiusmodi restitucio hincinde eodem tempore fiat.

(36) Item conuentum est, quod d. Bladislaus rex filys quondam Vdalrici Grauenekker prouideat de aliquo honesto tutore qui castrum Scharffenneck e manibus ro. regis aut suorum subditorum suo tempore recipiat, et ad manus dictorum filiorum vnacum alys eorum bonis fideliter custodiat, et ipsis ad legittimam etatem peruenientibus castrum ipsum cum suis pertinencijs et alijs bonis reddat et racionem perceptorum et expositorum faciat.

(37) Item ex quo tres maiestates in hanc sentenciam conuenerunt quod hinc inde adherencium castra et dominia quibus ablata sunt restituantur, et fortassis aliqui ex his in regno Hungarie qui huiusmodi castra tenent, in eisdem reddendis siue restituendis sese difficiles exhibere aut prorsus inobedientes ostendere possent, conuentum est, quod tam cesar et ro. rex quam d. Bladislaus rex et regnum Hungarie vnanimi consilio et auxilio contra tales insurgere et eos ad restitucionem huiusmodi castrorum his quibus ablata sunt non solum compellere, verum eciam contumacia eorum crescente et exigente omnia eorum bona confiscare et personas ipsas exterminare debebunt. Ita similiter de subditis ce. maiestatis obseruari debere in hoc casu conuentum est. Si tamen aliqui ad huiusmodi castra sic obtenta jus habere pretendant, illud iuxta consuetudinem patrie jure non violencia requirere teneantur.

Item conuentum est, quod neque ce. maiestas neque ro- (38)
manorum rex subditos corone regni Hungarie rebelles inobe-
dientes aut alias quoquo pacto cum domino rege Bladislao non
bene sentientes in sui protectionem et defensionem aut castra
et municiones eorum quas tali casu offerre possent recipiant
aut quoquo quesito fuco auxilia aut consilia occulta aut mani-
festa prestent, sed ad eos confugientes repellant et se neque de
personis neque de bonis et castris eorum intromittant idque cum
subditis et baronibus eorum fieri disponant contrauenientes seriose
puniendo. Itidem vicissim fiat de subditis cesaree aut regie ro-
manorum maiestatum rebellantibus dolo et fraude remotis.

Item omnes in bello isti captiui ab vtraque parte quam- (39)
primum post festum S. Martini absque vlteriori detrimento
liberi pronuncientur et holde et alie exactiones jure belli pro-
misse insuper et captiuorum taxaciones vsque in hanc diem
S. Martini non solute deinceps non soluantur neque petantur.
Tum et earum solucionum gracia fideiussores a sua fideiussione
liberi pronuncientur non obstante quacumque pactione sub qua-
cumque condicione inter partes hinc inde conclusa, eciam si
expressis verbis beneficio presentis relaxacionis renunciassent,
omnibus nempe huiusmodo et alys obligacionibus non obstan-
tibus quicquid vsque ad prefatum festum S. Martini solutum non
fuerit deinceps non soluatur.

Item mercatoribus liber sit omniquaque accessus et nego- (40)
ciacio tam in aquis quam in terris solutis tamen theolonijs et
alijs pro eorum mercibus solui consuetis. Sed quoniam qui-
dam mercatores tempore restitucionis Albe regalis ad manus
d. Bladislai regis sese in mercibus et seruitoribus eorum illic
contra articulos in cessione loci prefati conclusos et quidam
ex illis eciam contra saluum conductum regium vim et dam-
num passos conqueruntur conuentum est vt eius querele dis-
cussio ad illos sex in Hainburgo conuenire debentes remittatur
et in hac re eorum iudicio stetur.

Item generaliter omnes confederati, omnes adherentes prin- (41)
cipes sacri romani imperii et alij quacumque dignitate titulo
vel officio sint insigniti cum eorum seruitoribus in hac pace
et vnione intelligantur esse inclusi. Omnes insuper vasalli occa-
sione presentis adhesionis et belli feuda sua petere negli-

gentes illud deinceps a domino cuius est feudum petant, quod quidem feudum ob tempus neglectum aut adhesionem ad dominum feudi non intelligatur deuolutum.

(42) Item si quisquam subditus corone regni Hungarie actionem siue querelam habuerit vel habiturus sit contra subditum cesaree aut regie ro. m^tum^ conueniat eum coram officialibus cesaris vel regis ro. provt juris est et patrie consuetudinis. Similiter fiat et ex aduerso. Si subditus cesaree maiestatis aut ro. regis actionem vel querelam habeat vel habiturus sit contra subditum corone et vt pro vtraque parte vitentur ambages et expense capitanei a parte ce. maiestatis aut a parte d. regis Bladislai et regni in loco rei vel conuenti querulantibus simpliciter et de plano justiciam summarie quociens oportunum fuerit ministrare debebunt. Qui si causam huiusmodi diffinire non possent eam remittent ad principem rei vel conuenti qui post remissionem in spacio vnius mensis inquantum jus admittit causam huiusmodi justicia mediante finire teneatur.

(43) Item si quisquam subditorum cesaree maiestatis aut romanorum regis contra subditum corone actionem habens non quesita aut expectata justicia propria auctoritate aut vi armorum illi contra quem huiusmodi actionem habet aut alteri regnicole quocumque quesito colore damnum inferre presumserit extunc hinc cesar vel rex, illinc Hungarie rex per cesarem vel romanorum regem requisitus contra huiusmodi subditum insurgere et eundem pro modo excessuum suorum eciam vsque ad exterminium et eiectionem a patria et bonorum confiscacionem castigare tenebuntur. Simili modo per omnia procedatur circa subditum regni simili temeritate contra subditum cesaree aut regie romanorum maiestatis quitquam contra jus attentare conantem.

(44) Item conuentum est, quod cesar et romanorum rex hanc pacem et vnionem sub generalibus scripturis sanctissimo domino nostro et collegio cardinalium intiment sanctitatem suam cerciorem reddendo quod hunc dominum Bladislaum regem deinceps pro vero et indubitato Hungarie rege habeant et recognoscant obedienciam quam prestiterint acceptent et suam serenitatem vt in principio huius tractatus scriptum est, promouendo.

(45) Item conuentum est, si stipendiarij vtriusque partis pro conuenienti et honesta laborum suorum satisfactione non con-

tenti fraternitates et vniones inter se facere et regna principatus et dominia illius aut alterius principis vi aut armis invadere constituerent, ex tunc ambo reges et cesar vnacum suis subditis pari consensu contra tales insurgere et eos vti pacis violatores punire et eijcere teneantur.

Item conclusum est, quod sacra imperialis maiestas roma- (46)
norum rex, et d. Bladislaus rex, hunc presentem tractatum cum insertione articulorum de verbo ad verbum de nouo roborent et confirment, et huiusmodi roborationis et confirmationis littere cesaree et regie ro. maiestatum vnacum litteris concernentibus castrum Tersat similiter et d. Bladislai regis in Hainburgum ad diem S. Fabiani et Sebastiani proxime futurum portentur et illic hinc inde consignentur ita quod huiusmodi litterarum assignatio hinc inde eodem die fiat.

Item certis respectibus necessariis presertim pro soli- (47)
diori presencium articulorum firmatione et integritate. amicicie eorum et manutentione regnorum terrarum et dominiorum suorum tum et noua inter reges ambos et cesarem confederacione pro mutuis auxilijs contra quoscumque prestandis, et alijs rebus ingruentibus conuentum est, quod post festum Penthecostes cum d. Bladislaus rex ab illa generali dieta de qua in articulis prescriptis, absolutus fuerit, romanorum imperator et rex et sua serenitas in aliquo loco de quo postea concordabunt personaliter conuenient et illic de omnibus que opus sunt concordabunt.

Item conuentum est finaliter quod deinceps nullius differentie (48)
aut dissensionis causa eciam inter principes ipsos, aut eorum subditos quantumcumque potentes aut inferiores siue occasione iurisdictionis, aut contractus cuiuscumque, siue confinium aut metarum dominiorum siue delicti subditorum, siue alia quacumque causa excepta exorte, principes ipsi ad arma aut hostilitatem deueniant, sed quocienscumque talis casus infuturum accidet, si quidem is per capitaneos et officiales locorum determinari non possit, principes ipsi consiliarios suos vtrimque in aliquo loco competenti conuenire faciant et illis plenam auctoritatem huiusmodi differencias sopiendi et prorsus tollendi concedant, et quitquid per huiusmodi consiliarios decretum fuerit id ab utraque parte obseruari debebit.

(49) Postremo quantum ad castrum Costel pertinet quod tanquam in presenti bello hostiliter captum esset inter alia ut d. regi Bladislao assignaretur in articulis precedentibus connumeratur. Conuentum est quod idem castrum in illius manibus qui hoc hodie tenet remaneat seruicijs omnibus et imposicionibus generalibus ad colonos vt alijs regio colonis fieri est consuetum similiter et prestacione fidelitatis de eodem castro regi Hungarie vti ab antiquo introductum est, ac alijs juribus si quod quisquam ad idem castrum habere pretendit semper saluis.

In quarum rerum robur fidem et testimonium has presentes litteras scribi et sigillis nostris solitis communiri fecimus. Et pro maiori securitate omnium supradictorum manus nostras proprias hic infra subiunximus. Datum et actum Posonij die lune post festum sancti Leonardi. Anno domini Millesimo quadringentesimo nonagesimo primo.

Thobias de bozkowicz manu propria.

Bern̄nardus perger prothonotarius pro d. Matheo de Spawr dn̄o in haheneck qui scribere nescit ad eius petitionem, et pro se ipso subscripsit m. p.

Johannes Fuxmag̅ doctor m. pp. Subscripsit.

Nos yttellfridericus Cames de zollere suprascripta recognoscimus m. pp.

Ego pernhardus dn̄us in polhaim superiora recognosco.

Hainreych Prueschinckh Freyherr zw Stattenberg mein Hant.

Bern̄nardus perger pro d. Jo. kishoruat qui scribere nescit propria manu subscripsit.

Gorig Rottaler mein Handt.

Orig. Perg. 8. Siegel. Staats-Arch.

LXX. 7. Novemb. 1491.

Friedensschluss zwischen K. Wladislaus, K. Friedrich und K. Maximilian.
(Gegeninstrument von Ungern ausgefertigt.)

Nos Thomas episcopus ecclesie jauriensis etc. regius cancellarius in Hungaria, comes Stephanus de Bathor judex curie regie, et wayuoda transsilvanus, Johannes Schellenberg, regni Bohemie cancellarius, Ladislaus Orzag de Gwth, agazonum, alter Ladislaus de Rozgon cubiculariorum regiorum magistri, Benessius Waithmüllner, burggrauius in Karlstein et magister

monetarum in montibus Kuthnis, Wilhelmus Pamkircher de Zalonok, et Johannes de Rwpow magister curie regni Bohemie, pro serenissimo principe et domino domino Wladislao Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie etc. rege, marchione Morauie, ac Slesie et Lucemburgensi duce etc. domino nostro gratiosissimo, et prefato regno Hungarie, nuncij et oratores specialiter deputati, recognoscimus et notumfacimus tenore presentium vniuersis, quod ad tollendas, et prorsus extinguendas hostilitates, guerras, differencias, et dissensiones, inter serenissimos et inuictissimos principes et dominos, dominos Fridericum imperatorem et Maximilianum regem romanorum semper augustos etc. ac Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. reges, eorumque terras, principatus, dominia, subditos et incolas ex vna, et serenissimum condam dominum Mathiam Hungarie et Bohemie regem etc. consequenterque serenissimum principem et dominum, dominum Wladislaum Hungarie et Bohemie regem etc. ac inclitum regnum Hungarie, regna, principatus et dominia, illi pertinentia, eorundemque subditos et incolas, partibus ex altera, dudum exortas, et occasione juris, quod idem dominus Maximilianus rex, ad ipsum regnum Hungarie vigore cuiusdam inscriptionis habere dinoscitur, post ipsius domini Mathie regis mortem, vsque in hec tempora nostra, continuatas, suffulti plenaria et omnimoda auctoritate, facultate et potestate, prefati serenissimi et gratiosissimi domini nostri Wladislai regis, prout in literis mandati nostri, nobis desuper dati, clare contineri dinoscitur, cum spectabilibus, magnificis, et generosis dominis, Thobia de Bozkowicz et de Tschernohora, prefate maiestatis imperialis capitaneo generali, Matheo de Spawr, sue maiestatis camerario, ac pincerna hereditario comitatus tirolensis, Bernnhardo Perger juris pontifici licenciato, imperiali prothonotario, et Johanne Fuchsmagen doctore, imperiali consiliario, pro eodem serenissimo principe et domino domino Friderico, romanorum imperatore semper augusto etc. oratoribus et nuncijs, specialiter deputatis, item Yttel Friderico comite de Zolarn, regie romanorum maiestatis capitaneo in Hohenburg, Bernnhardo domino de Polheim, decretorum doctore, regio consiliario, Heinrico Prwesching, libero domino in Stetenberg, regio camerario, Johanne Kyshorwath de Halapsyth, et Georgio Rottaller, regijs consiliarijs, pro

serenissimo principe et domino domino Maximiliano romanorum rege semper augusto etc. Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. similiter rege, archiduce Austrie, duce Burgundie, Brittannie, Brabantie, Sthirie, Carinthie, Carniole, Gerlie (sic) etc. comite Flandrie et Tirolis etc. similiter oratoribus et nuncijs specialiter deputatis in vnum conuenientes, et inter prefatos principes, nec non regna et dominia, atque subditos eorum, pacis materiam diu longeque tractantes, tandem post diuturnos et inexhaustos labores, diuina aspirante clemencia, et communi et vnanimi consensu ac concordia, cum prefatis oratoribus, pro quiete et tranquillitate dictorum principatuum et dominiorum, tum et vniuerse christiane religionis consolatione, huiusmodi bella, guerras, dissensiones, et differencias presencium tenore sopiuimus, et prorsus extinximus, sub modo et forma articulorum infrascriptorum, ad quos deuenimus eosque in virtute prefati mandati nostri conclusimus, in hunc qui sequitur modum, Primo etc. etc. *(Folgt das Friedensinstrument selbst, gleichlautend dem von österreichischer Seite ausgefertigten)* . . . Datum et actum Posonii die lune post festum sancti Leonardi anno domini millesimo quadringentesimo nonagesimo primo.

Ego Thomas episcopus jauriensis. Recognosco suprascripta, manu propria.

Wilhelmus Pemkircher recognosco manu propria.

Ego Georgius de Bathor nomine patrui mei domini Stefani de Bathor wayuode etc. scribere ignorantis recognosco propria manu.

Johannys de Rupow prothonotaryus regny Bohemie manu propria.

Johannes de Sselnbergk cancellarius regni Bohemie manu propria.

Ego Thomas episcopus qui supra pro dom. vtroque Ladislao de Gwth, et de Rozgon qui scribere ignorant propria manu me subscripsi.

Benuss von der Weitmul mein hand.

Orig. Perg. 8. Siegel. Staats-Arch. Ursin. Velius, Kollar p. 238. Pray Ann. IV. 221. Dumont Recueil III. 263. Lichnowsky VIII. Regg. Nr. 1645.

LXXI. 7. November 1491.

Die k. ungrischen Abgeordneten bezeugen, dass K. Friedrich und K. Max nicht zur Haltung des Artikels wegen erzwungener Rückgabe der von den kaiserlichen Anhängern in Ungern noch besetzten Orte verbunden seien.

(Separatartikel zum Pressburger Frieden.)

Nos Thomas episcopus ecclesie jauriensis etc. regius cancellarius in Hungaria, comes Stephanus de Bathor judex curie regie, et wayuoda transiluanus, Johannes Schellenberg regni Bohemie cancellarius, Ladislaus Orzag de Gwth agazonum, alter Ladislaus de Rozgon cubiculariorum regiorum magistri, Benessius Weitmillner, burggrauius in Karlstein, et magister monetarum in montibus Chutnis, Wilhelmus Pamkircher de Zalonok, et Johannes de Rupow, magister curie regie Bohemie, nuncij et oratores, pro serenissimo principe, et domino domino Wladislao rege Hungarie et Bohemie zc. domino nostro graciosissimo recognoscimus et notumfacimus vniuersis, quod licet in tractatibus pacis et concordie, inter sacram imperialem et regiam romanorum maiestates ab vna, ac prefatum serenissimum et graciosissimum dominum nostrum Wladislaum regem zc. ex altera partibus, inter alia, hoc quoque conclusisse dinoscamur, quod si qui in regno Hungarie, castra vel alia bona, eisdem imperiali et regie romanorum maiestatibus adherencium tenerent, et in reddendis eisdem se difficiles aut omnino inobedientes ostenderent, conuentum esset, quod tam cesarea et regia romanorum maiestates, quam ipse dominus noster rex Wladislaus et regnum Hungarie, vnanimi consilio et auxilio, contra tales insurgere et ad restitucionem huiusmodi castrorum compellere tenerentur, prout in articulo super hoc confecto, clarius continetur. Tamen quia id certis bonis respectibus potissimum vero ad huiusmodi hominum terrorem duntaxat, conclusum extitit, eam ob rem, neque cesaream, neque regiam romanorum maiestates, ad huiusmodi articuli obseruanciam, vigore prefati tractatus, tenentur vel obligate intelliguntur, harum nostrarum sigillis nostris munitarum testimonio litterarum mediante. Datum Posonii feria secunda proxima ante festum beati Martini episcopi et confessoris. Anno domini millesimo quadringentesimo nonagesimo primo.

Orig. Papier. 8. aufgd. Siegel. Staats-Archiv. C. Lichnowsky t. VIII, Regg. 1646.

LXXII. 19. Nov. 1491.

K. Wladislaus übernimmt die Schuld K. Friedrichs und K. Max. an Waczlaw Wlczko von Czena.

Wir Wladislaus vonn gots gnaden zu Hungern vnnd Behem Dalmacien Croacien etc., kunig, marggraue zu Merhern herczog zu Lucemburg vnd in Slesienn vnnd marggraue zu Lawsitz etc. bekennen für vnns vnnd vnnser erben vnd nochkommen kunigen zu Hungern als czwischen dem allerdurchleuchtigsten fursten vnd herrn herrn Friedrichen romischer kayserlicher maiestat, vnnserm lieben herrn vnd ohmen, vnnd dem durchleuchtigsten fursten herrn Maximilian romischen kunig etc. vnnserm lieben freundt vnnd ohmen, ain vortrag vnd bericht gemacht ist, umb dy irrung vnd czwitracht dy czwischen irer maiestaten, auch vmb des kunigreichs zu Hungern, vnnd umb dy sloss, dy wir in irer maiestat erblichen lannden innengehabt haben, dobey ist nemlich von vnns vorwilliget, das wir die czwelfftawsent vngerisch gulden dy dem gestrengen vnnserm lieben getrewen Waczlawen Wlczko von Czena vnd seiner rotten ire maiestaten schuldig ist, vnd im auf dem awffschlag ym land Osterreich verweist sindt, das wir derselbig oberurten czwelfftawsent gulden der kaiserlichen vnd romischen kuniglichen maiestaten entledigen vnd mussigen sullen czwischen der czeit dato des briffs vnd sannt Mertens tag nagstkomendt, an allen eintrag vorczug vnnd wagerung, wo aber der oberurt Waczlaw hoher vnd meher vorschreibung hiett denne czwelfftawsent gulden, so sein wir nicht meher schuldig denne eine quittung vnd czwelfftawsent gulden, dem oberurten Waczlaw, vnd dokegen vnns sol solicher briff vnnd vorschreibung wider vberantwort werden. Solichs globen wir in macht vnnd in crafft diss brieffs für vns vnd vnnser erben vnnd nochkomen kunigen zu Hungern, bey vnnsern kuniglichen worten stete vnnd feste zuhalten trewlich vnd vngeuerlich. Mit vrkundt diss brieffs vorsigelt mit vnserm kuniglichen anhangenden ingsigil, geben zu Offen an sant Elspeten tag noch Cristi geburt tawsent vierhundert, dornach ym eynvndnewnzigsten vnnser reiche des hungerischen ym andern vnd des behmischen ym eynvndzwanzigsten jaren.

Ad mandatum domini regis.

Orig. Perg. 1 Siegel. Staats-Archiv. S. Lichnowsky VIII. Regg. Nro. 1650.

LXXIII. Ofen 23. Nov. 1491.

K. Wladislaus erklärt 2 Urkunden weil. Erzherzogs Albrecht, welche dieser dem K. Georg von Böhmen ausgestellt über 40000 und 50000 fl. und die auf das Herzogthum Oesterreich verwiesen sind, für null und nichtig.

Nos Wladislaus dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. recognoscimus pro nobis heredibus et successoribus nostris in inclito regno Bohemie, et notum facimus, quibus expedit vniversis, cum alias in tractatibus concordie et perpetue pacis, inter imperialem et regiam romanorum maiestates principatus, regna, terras, et dominia eorum ab vna, ac inter nos et similiter principatus regna terras et dominia nostra ex altera partibus, per oratores vtriusque partis quantum possibile erat prouisum sit, vt omnes future dissensiones et hostilitatis ocasio et fomes, ut in ipsis articulis pacis continetur, sit sublata et extincta. Sed quoniam illustris condam Albertus archidux Austrie serenissimo condam principi domino Georgio Bohemie regi etc. precessori nostro et consequenter eidem regno Bohemie super ducatum Austrie quadraginta et quinquaginta milia florenorum, ex causis in eisdem literis denotatis inscripsisse dinoscitur, quod nos, ne huiusmodi inscriptio siue obligacio noue requisicionis et exinde noui belli aut hostilitatis materiam tractu temporis excitare possit, maturo prehabito consilio et ex certa sciencia huiusmodi literas inscriptionis sew obligacionis ipsius archiducis pro prefata florenorum summa cessauimus et anichilauimus, cassamusque et anichilamus presencium tenore literarum. Ita quod eadem inscriptio deinceps neque imperialem maiestatem, neque ipsum dominum Maximilianum romanorum regem, sed neque heredes eorundem aliquo modo obligare et neque nobis neque heredibus et successoribus nostris vsui aut comodo, sed prorsus deleta et extincta esse debeat, quamquidem inscripcionem nihilominus eisdem maiestatibus aut eorundem heredibus nacta comoditate restituemus dolo et fraude, quibuscunque remotis, harum testimonio literarum mediante. Datum Bude feria quarta proxima post festum beate Elizabeth anno domini millesimo quadringentesimo nonagesimo primo, regnorum nostrorum Hungarie anno secundo, Bohemie vigesimo primo.

Commissio propria domini regis.

Orig. Perg. 1 Siegel. Staats-Arch. Lichnowsky tom. VIII. Regg. Nr. 1654.

LXXIV. Ofen 23. Nov. 1491.

K. Wladislaus verzichtet auf alle in Ansehung des Heirathsgutes und der Erbfolge in Oesterreich von seiner Mutter K. Elisabeth auf was immer für eine Art ihm zustehenden und auf ihn übertragenen Rechte.

Nos Wladislaus dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. recognoscimus pro nobis heredibus et successoribus nostris et notum facimus, quibus expedit vniuersis. Cum alias in tractatibus concordie et perpetue pacis inter imperialem et regiam romanorum maiestates principatus regna terras et dominia eorundem, ab vna, ac inter nos et similiter principatus regna terras et dominia nostra ex altera partibus per oratores vtriusque partis omnis future dissensionis et hostilitatis ocasio et fomes quantum in illis erat, iuxta articulorum desuper confectorum continenciam sit sublata et prorsus extincta. Nobis autem serenissima domina Elizabeth, regina Polonie etc. genitrix nostra carissima, dotem sibi debitam, tum et omne jus successionis in ducatu Austrie, sibi quoquo modo competens concesserit, et prorsus in nos transtulerat. Quia nos volentes ne huiusmodi dos et debita ac jus successionis aliquando noua suscitaret jurgia et rursus nos aut sanguinem nostrum ad arma vocaret, maturo ac deliberato prehabito consilio et de certa sciencia prelibatam dotem et omne jus quod prenominata serenissima domina genitrix nostra in prefato ducatu Austrie habuit, et vt prefertur in nos transtulit, remisimus et eisdem renuncciauimus, remittimusque et renuncciamus, nullam nobis neque heredibus et successoribus nostris obligationem in eisdem reseruantes, presencium tenore litterarum. Itaque deinceps in perpetuum, neque per nos neque per alios directe vel indirecte quouis quesito colore uel modo, ipsam imperialem maiestatem neque dominum Maximilianum romanorum regem neque heredes neque successores eorundem dotis et juris predictorum ocasione aliquo modo impetemus, impulsabimus aut molestabimus, quin et literas ipsas renuncciacionis et instrumenta dotalicia ad manus suarum maiestatum dari procurabimus que si quoque casu prederentur (sic) aut haberi non possent, casse sint et anullate presencium tenore, dolo et fraude quibuscunque remotis, harum testimonio et vigore literarum sigilli nostri appensione munitarum. Datum Bude feria quarta proxima post festum beate Eliza-

beth anno domini millesimo quadringentesimo nonagesimo primo, regnorum nostrorum Hungarie anno secundo, Bohemie vigesimo primo.

Commissio propria domini regis.

Orig. Perg. 1 Siegel. Staats-Archiv.

Lichnowsky tom. VIII. Regg. Nro. 1653. Kollar Urs. Vel. Indic. p. 322. Nro. 14.

LXXV. 29. Nov. 1491.

Consensual-Urkunde von 8 Prälaten und 7 Magnaten zum Pressburger Frieden.

Nos Oswaldus zagrabiensis [1]), Valentinus waradiensis, Johannes chanadiensis, Nicolaus waciensis, Stephanus sirmiensis, frater Gregorius nittriensis, Lucas boznensis ecclesiarum episcopi, Dominicus prepositus ecclesie albensis, item Johannes et Petrus fratres comites de Bozyn et de sancto Georgio, Ladislaus de Lossonz thauernicorum, Bartholomeus Dragfy de Belthewk cubiculariorum, Georgius de Thwrocz pincernarum regiorum magistri, Petrus de Docz, Nicolaus Pethewfy de Gerse, prelati barones et proceres regni Hungarie, recognoscimus et tenore presencium notum facimus vniuersis, quod cum diebus his superioribus, serenissimus princeps et dominus dominus Wladislaus Hungarie Bohemieque rex etc. dominus noster graciosissimus, accedente voluntate et consilio reliquorum dominorum prelatorum baronum et procerum suorum tunc apud maiestatem suam agencium, ad tollendas et prorsus sopiendas omnes hostilitates, guerras, differencias, et dissensiones, inter serenissimos et inuictissimos principes et dominos, dominos Fridericum imperatorem et Maximilianum regem romanorum semper augustos etc. ac Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. reges, eorum terras, principatus, dominia, subditos et incolas, ex vna et serenissimum condam dominum Matthiam Hungarie et Bohemie regem, consequenterque eundem serenissimum dominum nostrum Wladislaum regem, et hoc inclitum regnum Hungarie, ex altera partibus, dudum tempore prefati serenissimi condam domini nostri Matthie regis, bone memorie exortas, et in hec vsque tempora continuatas, reuerendum in christo patrem do-

[1]) Oswald, Bischof von Agram, steht hier unmittelbar und bei der feierlichen Bestätigung vom 7. März 1492, nach dem Primas von Ungern als erster Bischof, weil er an Jahren der älteste, die bischöfliche Würde schon 24 Jahre besass. (Schmith Arch. Strig. p. 91.)

LXXIV. Ofen 23. N[illegible]

K. Wladislaus verzichtet auf alle in Ausch[illegible] der Erbfolge in Oesterreich von seiner M[illegible] [illegible] zustehenden und [illegible]

Nos Wladislaus dei gracia rex [illegible] serenissimus pro nobis heredibus [illegible] nicum habemus, quibus expedit vniuer[illegible] bus nouelle et perpetue pacis [illegible] maiestates principatus [illegible] dem, ad vna, ac inter nos et simil[illegible] ac domina nostra ex altera part[illegible] pacis omnis future dissensionis [illegible] quancum in illis erat, iuxta arti[illegible] cumcumciam sit sublata et prors[illegible] nissima domina Elizabeth, regin[illegible] carissima, dotem sibi debitam, [illegible] in ducatu Austrie, sibi quoquo [illegible] processus in acs transtulerat. Qu[illegible] ac iuxta ac jus successionis [illegible] sanguin[illegible] [illegible] [illegible] [

minum Thomam episcopum ecclesie jauriensis cancellarium suum, item magnificos dominos comitem Stephanum de Bathor iudicem curie sue regie et wayuodam transsilvanum etc. nec non Johannem Schellembergk regni Bohemie cancellarium, Ladislaum Orzag de Gwth agazonum, alterum Ladislaum de Rozgon cubiculariorum regiorum magistros, Benissium Waytmiller burggrauium in Karlstein, et magistrum monetarum in montibus Kwthnis, Wilhelmum Pamkircher de Zalonok, et Johannem de Rwpow magistrum curie regni Bohemie etc., oratores et nuncios suos, fratres vero et amicos nostros suo et regni huius nomine, cum plenaria et omnimoda auctoritate, specialiter deputauerit, illique cum oratoribus et nuncijs prefatarum cesaree et regie romanorum maiestatum, ad id similiter specialiter deputatis, conuenientes, huiusmodi hostilitates et differencias vniuersas extinxerint et sopiuerint, perpetuamque pacem et concordiam inter ipsas tres maiestates regnaque principatus terras, dominia, et subditos earundem, sub modo et forma articulorum desuper confectorum concluserint, nos itaque libera et spontanea nostra voluntate fatemur et recognoscimus, quod quicquid in causa huiusmodi pacis et concordie, prefati oratores, fratres scilicet nostri, inter ipsas tres maiestates, regnaque et principatus, ac subditos earundem tractauerunt, concluserunt, et litteris atque sigillis eorum firmauerunt, id totum de nostra mente, voluntate, consilio, auctoritate et potestate, per nos eisdem concessa, egerunt, et fecerunt, atque ideo tractatus huiusmodi, omniaque per eosdem oratores conclusa et firmata acceptamus, approbamus, laudamus, et ratificamus atque obseruare bona fide nostra promittimus, harum nostrarum vigore et testimonio litterarum, sigillorum nostrorum consuetorum appensione communitarum mediante. Datum Bude in vigilia festi beati Andree apostoli anno domini millesimo quadringetesimo nonagesimo primo.

Orig. Perg. 15. Siegel. Staats-Arch. Abgedr. bei: Kollar, Urs. Vel. pag. 200. Katona hist. critica tom. 17. p. 251. Pray Annal. lib. IV. p. 235. Conf. Mailath III. p. 229. 26. Katona epitome II. 546. Gleichzeitig gedruckt. 1. Bog. fol. „Ratificatio „concordiae Hungaricae inter Serenissimos quondam Fridericum imperatorem, et Ma„ximilianum regem romanorum etc. Et Vladislavm Hungariae et Bohemiae etc. Re„gem Posonij factae, per quosdam eiusdem Regni Hungariae potiores Praelates, „Barones et Proceres tam suo, quam aliorum regnicolarum nomine, Qui conclusioni „eiusdem tractatus non interfuerunt." s. l. et a. — Biblioth. des k. Staats-Arch. —

Die vorliegende ist jene Urkunde, welche alle ungrischen Geschichtsschreiber kennen, und auf deren Grundlage behauptet wird, nur 8 Prälaten und 7 Magnaten hätten sich bewegen lassen, den Friedensvertrag zu genehmigen, s. Fessler V. p. 762. Gerade diese Urkunde aber ist in staatsrechtlicher Beziehung von minderer Bedeutung, da sie nur die rein persönliche Zustimmung einiger Edlen des Landes darlegt, und zwar wie aus dem Titel des gleichzeitigen Abdruckes hervorgeht, aus dem Grunde, weil diese bei dem Abschlusse der Friedensbedingungen nicht anwesend waren, während die spätern landtäglichen Bestätigungen vom 7. März 1492 die Zustimmung Aller in ihrer Eigenschaft als Landesrepräsentanten enthalten, zudem alle hier genannten dort wieder erscheinen; mit Ausnahme des Bischofs von Neutra Gregorius, der zwischen dem Datum der gegenwärtigen Urkunde und dem Landtage vom 2. Feb. 1492 gestorben oder vom Bisthum entfernt worden sein musste. In den Art. diaet. vom 2. Feb. 1492 erscheint nämlich schon wieder ein Bischof von Neutra: Anton als electus episcopus Nitriensis. Bei in seiner Notitia etc. tom IV. p. 320 in der series episcop. Nitriens. erwähnt zwischen dem Bischof Gregor II. „frater monachus religione", der im J. 1486 vorkommt und dem spätern Anton, der 1492 erscheint, noch einen Dritten: Gregor, der 1489 zum Bisthum gelangt sein soll. Entweder war nun dieser Dritte ebenfalls ein Mönch, weil ihn hier die Urkunde frater nennt, oder die beiden Gregore fallen in einen zusammen.

LXXVI. 30. Nov. 1491.

K. Wladislaus Schreiben an die Stadt Bartfeld, womit er sie zu einem Landtag auf Purificatio B. M. V. zur Mittheilung des mit K. Friedrich und K. Maximilian geschlossenen Friedens beruft.

Wladislaus dei gracia rex Hungarie et Bohemie, prudentes et circumspecti fideles nobis sincere dilecti. Quibus incendiis et spoliis ab eo usque tempore, quo serenissimus condam dominus Mathias rex noster predecessor bone memorie vita functus est, regnum hoc ab hostibus his circumvicinis undique afflictum vexatumque sit, et in quibus periculis positum fidelitatibus vestris perbene planeque constat. Nos quantum viribus et facultate valuimus pro sedandis, et exstinguendis eiuscemodi motibus omnia certe fecimus, et nihil omnino pretermisimus. Nam vestro et aliorum fidelium nostrorum auxilio et consilio his superioribus diebus pro communi quiete, et tranquillitate regni hujus cum illustrissimo domino Joanne Alberto duce, fratre nostro in certas conditiones pacis et concordie condescenderamus, sed is postea pactis et foederibus hujuscemodi ini-

tis, nescimus, quo suspecto consilio contravenire cupiens novas guerras, novasque flammas in hoc regno temere exsuscitauit. Nos vero considerantes, quod tot et tantis simul hostibus difficulter admodum viribus nostris et hujus regni resistere possemus, eam ob rem cum imperiali et romanorum regia majestate, veluti atrocioribus et potentioribus regni hujus hostibus medio oratorum nostrorum his proximis diebus dei munere sempiternam pacem, et concordiam (quod felix faustumque sit) iniuimus. *Quibus autem legibus, et conditionibus pacem ipsam pepigimus, necessarium putauimus inter ceteros regnicolas nostros, etiam fidelitatibus vestris plane omnia communicare, ob quam quidem rem, et alia item plurima negotia* universi regni hujus de dominorum prelatorum et baronum, ac procerum regni hujus apud nos in presentia agentium, maturo consilio ad festum purificationis beate Marie virginis proxime venturum, generalem quandam dietam universis regnicolis duximus indicendam. Et idcirco et fidelitates vestras requirimus et hortamur, eisdemque nihilominus districte precipientes committimus et mandamus, quatenus ad hanc ipsam dietam, et ad festum jam expressum aliquos potiores de vestri medio cum plena et omnimoda vestra facultate, et authoritate deligere, et transmittere infallibiliter huc Budam debeatis, audituri pacis hujus modos et conditiones, tractaturi insuper vobiscum et cum aliis civitatibus, fratribusque vestris, ad quos similia scripta dedimus, de his que ad bonum statum et altiorem quietem regni hujus conducere videbuntur. Aliud iterum requirimus et committimus non facturi. Datum Bude in festo beati Andree apostoli. Anno domini m.ccccl.xxxxi.

Kovachich vestigia comitior. p. 414. Ex Caroli Wagner Dipl. Saros. pag. 144. et Kaprinay. Habetur et in ejusdem Mss. sub B. Tom. XI. N. 17. pag. 16. et aliae ad civitatem Cassov. tomo XXVII. Nr. 100 p. 174. similis tenore.

LXXVII. 6. December 1491.

K. Wladislaus ratificirt den Pressburger Frieden.

Nos Wladislaus dei gracia Hungarie Bohemie Dalmacie Croacie Rame Servie Gallicie Lodomerie, Comanie, Bulgarieque rex nec non Slesie et Lucemburgensis dux marchioque Morauie et Lusacie etc. Recognoscimus et tenore presencium notumfacimus vniuersis. Cum nos qui pacis et concordie cupidi

semper sumus, et illam cum omnibus principibus christianis quantum in nobis est, habere et tenere viresque et facultates nostras pro bono communi, et salute reipublice christiane in hostes potius fidei, sanguinem christianum et perniciem religionis katholice sine fine sitientes, quam in christianos ipsos conuertere et expendere semper optamus, in causa guerrarum et dissensionum earum, que inter serenissimos principes dominos Fridericum imperatorem et Maximilianum regem romanorum semper augustos ac Hungarie Dalmacie Croacie etc. similiter reges, nec non serenissimum principem condam dominum Mathiam similiter Hungarie et Bohemie regem etc. predecessorem nostrum clare memorie et tandem inter nos suscitatarum infranominatos oratores et nuncios nostros speciales cum plena et omnimoda nostra et eiusdem regni nostri Hungarie facultate ad conueniendum et tractandum similiter cum infrascriptis oratoribus et nuncijs specialibus prefatarum imperialis et regie romanorum majestatum hiis diebus superioribus deputassemus, et hij ex vtraque parte in ciuitate nostra posoniensi fraterne et amicabiliter conuenissent pluribus prius ac notabilibus inter se habitis tractatibus, postremo bono (vt non dubitamus) assistente spiritu in infrascriptos articulos pacis et concordie cum bona ac matura deliberatione deuenerunt, illosque pari et vnanimi voluntate et consensu in virtute mandatorum que vtrinque habebant, pro vtriusque partis comodo et quiete proque tocius reipublice christiane consolatione et tranquilitate ac bono communi concluserunt, litterisque ac sigillis eorum in hunc qui sequitur modum firmaverunt. Nos Thomas, etc. (ut 7. Nov. 1491 LXX.)

Nos itaque Wladislaus rex prefatus, qui vt premissum est, pacis semper zelatores et amatores sumus, communeque bonum et catholice religionis incrementum cordi semper habemus, semperque pro nostra virili promouere cupimus, visis et examinatis predictis articulis, capitulis et conclusionibus, pensantes illos non solum honori, quieti et comodo vtriusque partis ac regnorum statuumque et principatuum earundem sed etiam rebus fidei et vniuerse reipublice christiane plurimum conducere, eosdem igitur in omnibus suis partibus capitulis et punctis laudauimus approbauimus, acceptauimus, et ratificauimus ex certaque nostra scientia, et animo deliberato, laudamus approbamus acceptamus ratificamus et roboramus per presentes, promittentes pro nobis et heredibus nostris in verbo

nostro regio et bona fide mediante quod illos firmiter et inconcusse obseruabimus, eisdemque in premissis omnibus clausulis, punctis et sentencijs realiter et cum effectu satisfaciemus, dolo et fraude in his omnibus cessantibus quibuscunque. In cujus rei fidem et testimonium secretum sigillum nostrum quo vt rex Hungarie vtimur, presentibus fecimus appendi. Datum Bude in festo beati Nicolaj episcopi et confessoris. Anno domini millesimo quadringentesimo nonagesimo primo, regnorum nostrorum Hungarie, anno secundo, Bohemie vero vigesimo primo.

Commissio propria domini regis.

Orig. Perg. 1. Siegel. Staats-Archiv. Ein gleichlautendes Vidimus v. Jahre 1506. Orig. Perg. — Abged. bei Kollar Urs. Vel. p. 262. XII. — Gleichzeitig gedruckt 4. Bog. fol. „Concordia Hungarica inter Serenissimos et Gloriosissimos principes et dnos Dnum „Fridericum tercium Ro. Imperatorē. et Inuictissimū principē et dūm dnm Maximi„lianū Ro. et Hungarie Regem etc. Augustos ex vna et Serenissimum Wladislaum „Hungarie et Boemie Regem Inclitumque regnum Hungarie ex altera Posonij con„clusa." s. a. et l. — Biblioth. des k. Staats-Archivs.

S. Chmel Regg. Frid. 8733. Lichnowsky VIII. Regg. No. 1661.

LXXVIII. 20. December 1491.

K. Maximilian genehmigt den mit den Bevollmächtigten des K. Wladislaus geschlossenen Frieden.

Maximilianus diuina fauente clemencia romanorum rex semper augustus ac Hungarie Dalmatie Croacie rex, archidux Austrie, dux Burgundie, Britanie, Brabanncie, Stirie, Carinthie, Carniole, Lymburgie, Lutzemburgie et Gheldrie, comes Flanndrie Habspurgie Tyrolis, Ferretis in Kyburg, Arthesij et Burgundie, palatinus Hannonie, Hollanndie, Zelanndie, Namurci et Zutphanie, marchio sacri romani imperij et Burgouie, lanntgrauius Alsacie, dominus Frisie, Marchieslauonice, Portusnaonis, Salinarum et Mechlinie etc. presencium tenore recognoscimus, et cunctis facimus manifestum, quod cum superioribus diebus pro adipiscenda corona et regno Hungarie nobis diuino et humano jure debitis, eidem regno ac etiam serenissimo Wladislao Hungarie et Bohemie etc. regi ad ipsum Hungarie regnum cuiusdam institute electionis titulo assumpto bellum mouerimus ciuitatesque arces et castra ac alias municiones et multa ipsius regni ac aliorum coadherencium regnorum et prouinciarum loca in nostram dedicionem receperimus et subiugauerimus, hoc quoque bellum diuino quod nobis pro iusticia nostra proponebamus, auxilio feliciter continuare et clarissimum jus nostrum iusto bello prosequi

potuissemus, calamitates tamen christiane reipublice ob Thurcorum validas et frequentes incursiones animo reuoluentes atque pensantes quam periculosum hijs in regionibus fuerit sanguinis christianorum tironum et militum efusio, potissime illorum quorum opera et exercicio regiones ipse a prefatis Thurcorum incursionibus tueri et defensari deberent, et ut tam euidenti periculo obuiaremus animum nostrum christiani nominis intuitu religionisque causa ad pacem et vnionem cum prefato serenissimo Wladislao Hungarie et Bohemie etc. rege ac regno ipso Hungarie concludendam et firmandam inclinauimus, ac cum serenissimi domini Friderici romanorum imperatoris semper augusti domini et genitoris nostri obseruantissimi nuncijs et legatis, videlicet nobilibus honorabilibusque Thobia de Bozkowitz et de Tschernahora sue maiestatis capitaneo generali, Matheo de Spawr pincerna comitatus nostri Tyrolis, Bernhardo Berger jurispontificij licenciato et prothonotario imperiali, ac Johanne Fuchsmagen doctore, imperialibus consiliarijs speciales nuncios et legatos nostros videlicet nobiles honorabilesque Ytelfridericum comitem de Zolarn capitaneum nostrum in Hohemberg, Bernhardum de Polheim decretorum doctorem ac canonicum patauiensem, Heinricum Prueschenck liberum dominum in Stetenberg, camerarium nostrum, Johannem Kyshorwath de Halapsitis, et Georgium Rottaler, consiliarios nostros deuotos atque fideles nostros dilectos, ad oppidum posoniense vbi prefati serenissimi Hungarie et Bohemie regis ac etiam regni Hungarie nuncij et legati qui ipsius regis Hungarie et Bohemie tenuerunt partes, conuenerant, destinauimus qui matura deliberacione vnanimique consilio, et assensu infra scripta pacis vnionis et concordij capitula concluserunt, que in litteris ab oratoribus ipsis desuper editis ac sigillatis necnon vtrinque hinc inde die lune proxima post festum sancti Leonardi anno domini millesimoquadringentesimo nonagesimoprimo, datis et acceptis clare patent, et de verbo ad verbum in hunc qui sequitur modum incipiunt et sonant. Primo conuenimus. Quod serenissimus dominus Wladislaus etc. *(Folgt das Friedensinstrument vom 7. November 1491 — pretendit semper saluis.)* Que quidem supracscripta pacis ac vnionis et concordie capitula, nos vnacum venerabilibus illustribus, spectabilibusque et nobilibus principibus comitibus baronibusque et alijs consiliarijs nostris et imperij sacri deuotis et fidelibus dilectis, mature prospeximus, ponderauimusque et

participato eorundem consilio, eadem capitula in omnibus et singulis clausulis et tenoribus suis acceptanda, approbanda et confirmanda duximus. Eaque omnia et singula virtute huius tractatus in altero suo capitulorum nobis iniungente ex certa nostra sciencia, maturaque deliberacione approbamus, ratificamus et confirmamus, ac in verbo nostro regio, pro nobis et heredibus ac successoribus nostris, promittimus et pollicemur, ita videlicet, quod omnia et singula que ipsius tractatus vigore nobis incumbunt, facienda eo modo quo conclusa sunt, faciemus et adimplebimus cum effectu dolo et fraude ac quibuscunque alijs sinistris exceptionibus semotis. In quorum omnium fidem et testimonium premissorum has literas nostras regalis sigilli nostri munimine iussimus et fecimus communire. Datum in opido nostro Ynsprugg die vigesima mensis Decembris, anno domini millesimoquadringentesimo nonagesimoprimo, regnorum nostrorum romani sexto, Hungarie vero secundo annis.

Ad mandatum domini regis in consilio
Conradus Stirtzel doctor sec. cancellarius subscripsit.

Orig. Perg. 1 Siegel. Staats-Archiv.
Lichnowsky tom. VIII. Regg. No. 1674. Kollar Urs. Vel. Indic. p. 322. No. 15.

LXXIX. Innsbruck 31. Dec. 1491.

Vollmacht des K. Maximilian für seine Gesandten.

Wir Maximilian etc. bekennen offenlich mit diesem brief, als dann auf dem gehalten tag zu Prespurg zwischen vnnsrem lieben herrn vnd vatter dem romischen keyser etc. vnd vnns an ainem vnd dem durchleuchtigen fursten Wladiszlaen kunigen zu Hunngern vnd Beheim vnnserm lieben oheimen am anndern taylen durch vnnser aller rat vnd auf vnnsern beuelh ain tractat die cron vnd das kunigreich zu Hungern beruerund furgenomen vnd gemacht ist, auch nachmalen weytter tag solchen tractat zubesliessen, vnd den mit seinem ynnhalt zuuolziehen nemlichen auf sannd Sebastianstag schirst gen Haimburg vnd auf vnnser lieben frawen tag zu Liechtmessen nachst dernach gen Ofen angesetzt sein alles laut der brief daruber vormals ausgangen das wir auf solichs dem erwirdigen vnnserm fursten andechtigen edlen vnd lieben getrewen Johannsen bischouen zu Westprim Eitelfridrichen grauen zu Zoler vnnserm hauptmann vnnser herrschaft Hohemburg, Yban, grauen zu Krabaten, Cristoffen von Liechtenstein zu Nicolspurg, Heinrichen Prueschin-

cken freyherrn zu Stettemberg vnnserm camrer Bernharden von Schefftenberg, doctor Johannsen Fuchsmagen, Johannsen Teschitz vnnserm obristen stalmaister und Johannsen Valckhen vnnserm secretarien, vnnsern räten vnnsern ganntzen vnd volkomen macht vnd gwalt gegeben haben, geben inen den auch hiemit wissentlich vnd in craft dits briefs. Also daz sy auf den obgemelten angesetzten tagen oder solanng sich die vnntz zuuolziehung der sachen strecken wurden samentlich oder ettlich aus inen so von vnnsern wegen erscheinen solchen tractat, an vnnser stat vnd in vnnserm namen vberanntwortten, dagegen gleich lauttennd oder nottdurftig brief desselben tractats vnd richtsal den euntlichen sliessen vnd zuesagen, auch die aidpflicht von den vier statten vnd anndern in der cron Hungern alles ynnhalt des bemelten tractats aufnemen vnd emphahen, auch sonnst alles das hanndeln zuesagen thun vnd lassen sullen vnd mugen was die notdurft auf solchen baiden tagen eruordern, vnd sy nutz vnd gut beduncknen wirdet vnd sonnderlich solcher tractat das zugibt vnd in aller form vnd mass als ob wir das personlich thatten tun kunden oder mochten; vnd was sy also sliessen, zusagen hanndeln thun, auch ob not wer in vnnser selbst person gereden geloben, oder versprechen werden, das alles ist vnnser guter will maynung vnd beuelh, wellen auch das bey vnnsern kuniglichen und furstlichen wirden war vest stät vnd vnzerbrochen halten; und ob die bemelten vnnser rat vnd anwald, mer gewalts zu haben notdurftig weren, oder zuhaben notdurftig sein wurden, den wellen wir inen sammt oder zum tail hiemit als ob der von wort zu wort hirinn begriffen were, auch gegeben haben, alles getrewlich vnd angeuerde. Mit vrkhund dits briefs, geben zu Ynnssprugg am letzten tag des monedts Decembris nach Christi geburde viertzehenhundert vnd imm zweyundnewntzigisten jaren.

Max. ung. Aussch. Nr. 23.

LXXX. Innsbruck. 2. Jänner 1492.

K. Max. verpflichtet sich das Schloss Tersatz wieder an Ungern zurückzustellen.

Wir Maximilian von gots gnaden romischer kunig etc. Bekennen als der allerdurchleuchtigist grossmechtigist furst, vnnser lieber herr vnnd vater der romisch keyser etc. in dem vergann-

gen krieg, so sein key. majestät wider weylennd Mathiasen kunig zu Hunngern geubt, das sloss Terschat erobert hat, daz wir dem tractat vnd bericht so zwischen seiner keyserlichen majestät vnd vnns an ainem vnd dem kunig zu Hungern vnd Beheim am anndern ausgericht und beslossen ist, nach des gemelten vnnsers lieben herrn vnd vatters des romischen keysers etc. abgang vnd tode, dauor der allmechtig lanng sein welle wo wir das erleben, alsdann desselben slosses Terschat mit seiner zugehör, der cron zu Hungern widerumb abtreten, vnd inanntworten sollen vnd wellen angeuerd. Mit vrkund dits briefs geben zu Ynnsprugg an Montag nach dem newen jarstag nach Christi geburde xiiii^{c} vnd im zwayvndnewntzigisten jaren.

Max. ung. Aussch. No. 24.

LXXXI. Linz 14. Jänner 1492.

K. Friedrich ratificirt den Vertrag und Frieden mit König Wladislaus vom 7. Nov. 1491.

Fridericus, diuina fauente clemencia, romanorum imperator semper augustus, Hungarie Dalmacie Croacie etc. rex, ac Austrie Stirie Karinthie et Carniole dux, dominus Marchie Sclauonice et Portusnaonis, Comes in Habspurg, Tirolis Ferretis et in Kyburg, margrauius Burgouie et lanndtgrauius Alsacie. Recognoscimus et notum facimus tenore presencium quibus expedit vniuersis. Cum nuper nostri ac serenissimorum principum d. Maximiliani romanorum ac Wladislai Bohemie, utrorumque Hungarie Dalmacie Croacie etc. regum oratores pro sopiendis et prorsus tollendis omnibus et singulis differencijs et dissensionibus a principio belli quod quondam Mathias rex nobiscum gessit, vsque in hec conuentus ipsorum oratorum tempora quoquo modo exortis et continuatis de communi consensu in quosdam articulos pacis et vnionis perpetue iuxta tenorem eorundem de verbo ad verbum hic inmediate subiectorum in virtute mandatorum et facultatum suarum conuenissent videlicet. Nos Thobias de Bozkowitz etc. (*Folgt das Friedensinstrument vom 7. Nov. 1491 — bis*: datum et actum Posonij die lune etc.) Quod nos huiusmodi pacis tractatum cum omnibus suis articulis punctis clausulis et continencijs de nouo acceptauimus approbauimus et confirmauimus acceptamus approbamus et confirmamus presen-

tium tenore litterarum volentes ac in verbo nostro imperiali promittentes omnia et singula in ipsis contenta quantum ad nos pertinent et nos obligant per nos obseruari et iuxta eorundem conditiones et tenorem in effectum deduci tum et itidem circa subditos nostros cuiuscunque status aut conditionis fuerint in quantum et illa ad eos pertinent fieri debere dolo et fraude quibuscunque remotis. Harum testimonio litterarum sigilli maiestatis nostre imperalis appensione munitarum. Datum in opido nostro Lyntz die quarta mensis Januarij, anno domini milesimo quadringentesimononagesimosecundo, imperij nostri quadragesimo, regnorum nostrorum romani quinquagesimo secundo, Hungarie etc. vero tricesimo tercio.

Ad mandatum dni. imperatoris in consilio
Bernnardus Perger prothonotarius imperialis subscripsit

Orig. Perg. 1 Siegel. Staats-Arch.
Lichnowsky t. VIII. Regg. No. 1698. Kollar Urs. Vel. Indic. p. 383.

LXXXII. *a)* Linz 8. Feb. 1492.

K. Friedrich gibt für seine Lebenszeit den Brüdern Prueschenk Freiherrn von Stettenberg, Stadt und Schloss Güns.

Wir Friderich von gottes gnaden römischer kaiser zuallenntzeitten merer des reichs zu Hungern Dalmacien Croacien etc. künig hertzog zu Österreich zu Steir zu Kernnden vnd zu Crain etc. Bekennen für vnns, vnd vnser erben, daz wir vleissigen trewn dinst, so vnns die edlen vnnser lieben getrewn Sigmund Prüschinkh obrister schennkh in Österreich, auch drugsess in Steir vnnser hofmarschalh vnd camrer vnd Hainrich Prüschinkh freyherrn zu Stettenberg vnnser rat, in menigfelltig weeg tan, vnd fürtan tun sullen, angesehen, vnd haben in dadurch vnd von sonndern gnaden, damit sy vnns fürtan mer mit embssigem fleiss zudienn geraitzt werden, auch daz sy sich deshalben mit vnns vertragen haben, mit guter vorbetrachtung zeittigem rat, vnd rechter wissen, vnnser gesloss vnd statt Güns mit allenn irn nutzen, renntten, zynnsen, stewrn, herlikhaiten, gerechtigkaiten, vnd zugehörungen, nichts darinn ausgenomen, noch hindanngesetzt, so vnns vnnser lebtag von dem künigkreich Hungern zugehört, gegeben, geben auch als regierunder herr vnd landsfurst in Österreich vnd

Steir wissenntlich mit dem brief also daz sy vnd ir erben dieselben gesloss vnd stat, mit denselben irn zugehörungen vnnser lebenlanng innhaben vnd damit als wir selbs tun möchten hanndl mugen on vnnser vnd menicklichs irrung, doch daz sy vnns in vnnserm leben, dieselben stat vnd gesloss zu vnnsern, vnd vnnserr lannd notdurfften offen hallten, vnns vnd die vnnsern, die wir darzu schaffen, darin vnd daraus vnd darinn enthallten lassen zu allenn vnnsern notdurfften wider meniclich nyemannds ausgenommen. Doch auf vnnser kosst vnd darlegen vnd in an dieser vnnserr gab vnuergriffenlich vnd on schaden, vnd wann wir mit tod abganngen, vnd nicht mer in leben seinn, sullen sy die berürten gesloss vnd stat der cron zu Hunngern volgen lassen. Damit vnnsern erb lannden deshalben nicht vnrat auferstee, vngeuerlich. Mit vrkund des briefs, geben zu Lyuntz an Mittichen vor Sannd Appolonien tag. Nach Cristi geburd vierzehenhundert vnd im zwayundnewntzigisten, vnnsers kaysertumbs im vierzigisten vnnserr reich des römischen im zwayundfunfftzigisten, vnd des hungrischen im drewunddreyssigisten jarenn.

Prescripta recognoscimus.

Commissio domini mperatoris propria.

Orig. Perg. 1 Siegel. Staats-Archiv.

b) **Linz 13. April 1492.**

Schreiben des K. Friedrichs an die Stadt Güns, womit er ihr die vorige Verleihung kund gibt.

Wir Friedrich von gots gnaden römischer kayser zuallenn-zeitten merer des reichs zu Hungern Dalmacien Croacien etc. kunig hertzog zu Osterreich zu Steyr etc. Embieten vnsern getrewn lieben, dem richter rat vnd vnnsern burgern gemainclich zu Günns auch allen vnnsern lewten vnd hollden zu vnnserm gsloss vnd in vnnser herschaft, daselbs gehörennd, den der brief gezaigt wirdet, vnnser gnad vnd alles gut. Wir lassen ew wissen, daz wir den edlen vnnsern lieben getrewn Sigmunden Prüschinkh obristen schennkhen in Österreich, auch drugsess in Steyr, vnnserm hofmarschalh vnd camrer, vnd Hainrichen Prüschinkh gebrüdern freyherrn zu Stettemberg vnnserm rat, vnd irn erben die bemellten vnser gsloss statt

vnd herschaft mit aller irer öberkait, gerechtikait, vnd zugehörungen inmassen wir die bisher inngehabt, vnd genossen nichts darinn ausgenommen, vnd souil vnns die vnnser lebenlanng zugehört genntzlich übergeben haben, die füran zu irn hannden zugebrauchen, dieselben gsloss stat vnd herschaft, in der durleuchtigist Wladislaws zu Hungern vnd zu Beheim kunig etc. vnnser lieber öheim vnd curfurst, nach vnnserm tod vnd abganng erlich volgen, vnd gebrauchen zelassen verschriben hat, als wir von in bericht seinn, emphelhen wir ew ernnstlich vnd wellen, daz ir den benannten gebrudern den Prüschinkhen für sich vnd ir erben auf die bestimbten vnnser, auch desselben vnsers lieben öheim kunig Wladislawen gab vnd verschreybung, als ewren rechten erbherren erbphlicht, vnd huldigung tut vnd in füran mit nutzen renntten zinsen dinsten robat, vnd allen anndern sachen gehorsam vnd gewerttig seit, als ew das zetun geburt, vnd ew des nicht setzet, noch annders tut, daran tut ir vnnser ernnstlich maynung. Geben zu Lynntz an Freytag vor dem Heiligen Palmtag. Anno dominj etc. Lxxxxij vnnsers kaysertumbs imm ainsunduierzigisten jare.

Commissio domini imperatoris propria.

Orig. Perg. Staats-Arch. 1 innen und 1 aussen aufged. Siegel.

c) Efferding 8. May 1492.

K. Maximilian bestätiget die den Freiherrn von Prueschenk gemachte Schenkung des Kaisers Friedrich.

Wir Maximilian von gottes genaden römischer künig zu allenn zeytenn merer des reichs zu Hunngern Dalmacien Croacien etc. kunig, erczherczog zu Osterreich, herczog zu Burgundj zu Britäni, zu Brabanndt zu Ghellderna etc. graue zu Flanndern zu Tyrol etc. Bekennen für vnns vnd vnnser erbenn, alls dann, vnnser lieber herr vnd vater, der römisch keyser etc. dem edlen vnnserm lieben getruen Sigmunden Prueschinckenn, öbristem schenncken in Österreich, auch druchsessenn in Steyr, seiner lieb, hofmarschalckh vnd camrer vnd Heinrichen Prueschincken, gebruedern, freyherrn zu Stettenberg vnnserm rate vnd camrer vmb irer getruen, annemigen vnnd nuczlichen dinste willenn, vnnserr sloss, vnd stat Gunss, mit allenn irn nuczen, renntten, zinsen, stewrn herlicheiten öbrikeyten gerechtikeitenn, vnnd zuegehörunngen, nichts dar innen

aussgenomen, noch hindan geseczt, so seiner keyserlichenn mayestat von dem künigkreich Hunngern sein lebennlanng zugehört, gegebenn hat, innhallt seiner lieb brieue, inen darvmb genugsamlich aufgericht daż wir auf solichs in ansehunng irer getrewenn, annemen, vnd nuczlichen dinste so sy vnns bissheer in manigfelltig wege, gethan habenn, vnnd füran thun sullenn, vnd dadurch auch von irer dyemutigen bethe willenn, damit sy vnns angelanngt, vnd darczue aus sonndern genaden, in söliche gab gnediclich gewilligt vnd des obgedachtenn vnnsers liebenn herrn vnd vaters brief bestett, willigenn auch darein vnd bestättenn den hiemit, alls fürst vnd herr zu Österreich wissentlich in craft des briefs allso daz sy, vnnd ir erbenn diesselben sloss vnd stat mit denselbenn irn zuegehörnnden, innhallt der keyserlichenn mayestat verschreybung obgemellt innhaben nuczen nyessenn, vnd damit, alls wir selbs thun möchten, hanndlen mögenn, an vnnserr vnd menielich irrung, doch das sy vnns dieselbenn stat vnd slos zu vnnsernn vnd vnnsers lannds nodturfften offenn halltenn, vnns vnd die vnnsern die wir darczur schaffenn, darinn vnd daraus, vnd darinnen enthallten lassenn, zu allenn vnnsern nodturfften wider meniclich nyemanndt ausgenomen, doch auf vnnserr cosst vnd darlegen, vnd in an diser vnnserr gab, vnuergriffennlich vnd on schadenn, vngeuerlichenn. Mit vrkunndt diss briefs, gebenn zu Eferdingen, an Eritag nach dem Sonntag misericordia dominj, nach Christj vnnsers lieben herrn geburde, vierczehennhunndert vnd in dem zweyvndnewnczigistem, vnnserr reiche des römischen imm sibennden vnd des hungerischenn imm anndernn Jarn.

Maximilianus rex (eigenhändig).

Commissio domini regis in consilio.

Orig. Perg. 1 Siegel. Staats-Arch. S. Lichnowsky t. VIII. Regg. No. 1709. Chmel Regg. No. 8759.

LXXXIII. Linz. 9. Februar 1492.

Johann, Bischof von Veszprim gelobt dem K. Friedrich und seinen Nachfolgern die Treue, für seine Beförderung zum Bisthume Wien.

Ego Johannes vesprimiensis ecclesie episcopus, notum facio vniuersis presentes inspecturis, quod quia serenissimus princeps

et dominus Fridericus romanorum imperator semper augustus necnon Hungarie, Dalmatie, Croacieque rex etc. pro sua benignitate et clementia dignatus est, me de iure sui patronatus ad regimen ecclesie viennensis promouere, ideo ego eidem serenissimo imperatori suisque heredibus iure et promisso omnem fidelitatem, et neque unquam aliquid operari aut consentire quod esset contra maiestatem suam, aut eius statum, uel vtilitatem, immo totis viribus illud curare, quod pertineret ad honorem, amplificationem, conseruationemque status sue maiestatis heredumque suorum, et cum predicto episcopatu et bonis eius in comunibus regionis negocijs cum alijs et prelatis concurrere, necnon cum castris et iuribus ipsius episcopatus viennensis quam vesprimiensis obediens et fidelis esse; ita quod ex ipsis nullum bellum aut preiudicium fiet a me uel a meis subditis sue maiestati aut heredibus suis predictis; quod si secus fieret de omni danno et interesse satisfacere promitto; et in fidem omnium supradictorum dandas duxi presentes literas appensione sigilli mei anularis ac subscriptione manus proprie munitas. Datum in Lyncz nona februarij m°cccclxxxxii.

(Gleichzeitige Copie auf Papier im Formate einer Urkunde.) Staats-Archiv.

LXXXIV. 7. März 1492.

Consensual-Urkunde der ungrischen Landstände zum Pressburger Frieden.

Nos Johannes Coruinus dux Sclauonie Oppauie et Lipthouie etc. comes Stephanus de Bathor judex curie regie et wayuoda transsiluanus, Stephanus de Zapolya comes perpetuus terre scepusiensis, Paulus de Kinys comes themesiensis et generalis capitaneus parcium regni inferiorum, Laurencius dux de Wylak banus machouiensis, Petrus Gereb de Wyngarth, et Nicolaus Banffy de Lyndwa janitorum, Ladislaus Orzag de Gwth agazonum, alter Ladislaus de Lossoncz thauernicorum regalium magistri, Georgius Rascie despotus, Andreas et Georgius de Bathor, Bartholomeus Dragfy de Beithewk cubiculariorum regiorum magister, Emericus de Peren, Johannes similiter de Peren, Wilhelmus Pankircher de Zalonok, Anthonius de Paloez, Mathias Pangracz de Dengeleg, Stephanus de Rozgon, Nicolaus et Georgius fratres de Kanyssa, Georgius de Thwrzo pincernarum regalium magister, Johannes Banffy de Lyndwa, Nicolaus de

Hederwara, Stephanus Morocz de Meggyesallya, Gaspar Bodo de Gywrgy, Gaspar de Homonna, Johannes Ongor de Nadasd, Stephanus Rozgonij de Monyoros, Franciscus Jakchy, Paulus et Albertus fratres de Pakos, Paulus et Nicolaus fratres de Dombo, Nicolaus Johannes et Georgius Pethew fratres de Gerse, Blasius de Rasca, Ladislaus et Bernardus Herczeg de Zekchew, Franciscus similiter Herczeg de eadem, Moises de Bwzla, Petrus et Emericus fratres de Docz, Johannes Bebek de Pelsewz, Stephanus de Thelegd vicewayuoda transsiluanus, Stephanus Gywlafy de Rathold, Ladislaus et Johannes fratres de Chetnek, Nicolaus Zoliomy de Albecs, Aladarius et Johannes fratres de Warda, Andreas Danffy de Doboz, Johannes et Andreas Both de Bayna, Petrus Forgach de Gymes, Petrus Tharnok de Machkas, Nicolaus de Gerend, Nicolaus Sykesd, Johannes et Martinus Erdely fratres de Somkerek, Nicolaus de Bethlen, Franciscus Mykola de Zamosfalwa, Johannes et Leonardus Barlabasij, Michael de Zob, Benedictus Kaldy, Michael Kendefy, Valentinus de Hozzuazo, Johannes Barthay, ceterique barones, proceres et nobiles regni Hungarie et parcium transsiluanarum, recognoscimus et tenore presencium notumfacimus vniuersis, quod cum his diebus proximis vniuerse ille guerre, differencie, dissensiones et hostilitates que inter serenissimos et excellentissimos principes et dominos, dominos Fridericum imperatorem et Maximilianum romanorum regem semper augustos etc. ab vna, nec non condam Mathiam Hungarie Bohemie Dalmacie Croacie etc. regem clare memorie consequenter autem serenissimum dominum Wladislaum similiter Hungarie Bohemie Dalmacie Croacie etc. regem, dominum nostrum graciosissimum atque hoc regnum Hungarie ab altera partibus dudum exorte, et in hec usque tempora continuate fuerunt vigore certorum tractatuum, quos maiestates sue, medio oratorum suorum vtrinque haberunt, sub certis articulis et capitulis sint sopite et prorsus extincte, sitque perpetua pax et vnio inter easdem tres maiestates regnaque et dominia ac principatus et subditos eorundem Posonij die lune post festum sancti Leonardi confessoris anno domini millesimo quadringentesimo nonagesimo primo conclusa et firmata, atque inter alia hoc precipue cantum et conclusum. Quod si

prefatum serenissimum dominum Wladislaum regem, dominum nostrum graciosissimum liberis masculis ex lumbis suis legitime procreatis, non relictis, aut eisdem relictis, et sine heredibus descendentibus mortais, decedere contingat: in tali casu prefatum serenissimum dominum Maximilianum romanorum ac Hungarie Dalmacie Croacie etc. regem, aut eo non existente, aliquem ex filijs suis aut his non existentibus eorum heredibus masculis per rectam lineam ex lumbis eorum legittime descentibus pro nostro legittimo et indubitato rege ac domino eligere et acceptare teneamur, Nos itaque pro nobis heredibus et successoribus nostris tractatum huiusmodi pacis et concordie, in presenti conuentu budensi super ea re indicto publice et solenniter acceptauimus, atque acceptamus, et singuli singulariter prefato serenissimo domino romanorum regi in presencia oratorum suorum stipulata manu jurauimus et promisimus, juramusque et promittimus eundem tractatum, quo ad omnes et singulos articulos obseruare, et in casu iam expresso ipsum serenissimum dominum Maximilianum romanorum regem aut eo non existente aliquem ex filiis aut nepotibus aut heredibus suis ex lumbis suis per rectam lineam legittime descendentibus, iuxta formam tenorem et continencias predicti articuli desuper in eodem tractatu confecti, pro nostro domino et rege eligere et acceptare. Harum nostrarum quibus sigilla nostra solita sunt appensa vigore et testimonio litterarum mediante. Datum Bude in predicta nostra et omnium regnicolarum generali congregacione, in die cinerum, anno domini millesimo quadringentesimo nonagesimo secundo.

Orig. Perg. 70 Siegel. Staats-Archiv. Vergleiche damit Fessler 5. p. 763. ff.

LXXXV. 7. März 1492.

Consensual-Urkunde der croatischen und slavonischen Landstände zum Pressburger Frieden.

Nos Ladislaus de Egerwara regnorum Dalmacie Croacie et Sclauonie banus etc. Bernardinus de Frangapanibus Segnie Wegle et Modrusie comes, item Nicolaus Johannes et Michael similiter de Frangapanibus similiterque Segnie, Wegle, et Modrussie comites, Carolus comes Corbauie Stephanus et Michael comites de Blagay, Petrus et Paulus Zriny, Johannes Henyng de Zomzedwara, Balsa dux sancti Sabe, Balthasar de Bathyan, Petrus

Bochkay, Bernardinus Rohfy, Petrus Pogan, Georgius Mikolichith, Michael Kerhen, Georgius de Zempche, Thomas Mogoryth, Petrus de Gwdocz, Cristoforus Subyth de Pethnya, Georgius Castellanfy, Nicolaus Thwrbelth, Jacobus Martinwsewyth, Georgius et Matheus Gwzyth, Albertus Lonyay, Nicolaus Bochkay, Georgius Brukowyth, Gaspar Perwsyth, Gaspar Farkasyth, Georgius Subyth, Thomas Martynwsewyth, Nicolaus Herkfy, Emericus Hassagy, Johannes Pezery, Georgius Pogan, Ladislaus Bwchyth, Johannes Mendzenthy, Elias de Bwchyncz, Paulus Bolkowyth, Georgius Krywchyth, Georgius Orlowchyth, Johannes Jeskowyth, Johannes Keglewith, Georgius et Marcus Boboylyth, Johannes Mikchith, Ladislaus de Stwbycza, Ladislaus Pekry, Nicolaus Rezyth, Georgius Plawychewzky, Woyko Marethyth, Sydan Othmyth, Paulus Petrythewyth, Nicolaus Orros, Georgius de Orechowcz, Johannes Literatus de Chezthecz, Petrus Gereczy, Johannes Orlyth, Johannes Kernyak et Johannes de Orchowcz ceterique barones proceres et nobiles regnorum Croacie et Sclauonie recognoscimus et tenore presencium notum facimus universis, quod cum his diebus proximis vniuerse ille guerre differencie dissensiones et hostilitates que inter serenissimos et excellentissimos principes et dominos dominos Fridericum imperatorem et Maximilianum romanorum regem semper augustos etc. ab vna, nec non serenissimum condam dominum Mathiam Hungarie Bohemie Dalmacie Croacie etc. regem, clare memorie consequenter autem serenissimum dominum Wladislaum similiter Hungarie Bohemie Dalmacie Croacie etc. regem dominum nostrum graciosissimum, atque hoc inclitum regnum Hungarie ab altera partibus dudum exorte et in hec vsque tempora continuate fuerunt vigore certorum tractatuum quos majestates sue medio oratorum suorum vtrinque habuerunt sub certis articulis et capitulis sint sopite et prorsus extincte sitque perpetua pax et vnio inter easdem tres maiestates regnaque et dominia ac principatus et subditos eorundem Posonij die lune post festum sancti Leonardi confessoris anno domini proxime preterito videlizet millesimo quadringentesimo nonagesimo primo conclusa et firmata atque inter alia hoc precipue cautum et conclusum quodsi prefatum serenissimum dominum Wladislaum regem dominum nostrum graciosissimum liberis masculis ex lumbis suis legittime procreatis non relictis

aut eisdem relictis, et sine heredibus descendentibus mortuis decedere contingat in tali casu prefatum serenissimum dominum Maximilianum romanorum ac Hungarie Dalmacie Croacie etc. regem aut eo non existente aliquem ex filijs suis aut his non existentibus eorum heredibus masculis per rectam lineam ex lumbis eorum legittime descendentibus domini prelati barones comites proceres nobiles ciuitates ceterique incole huius regni Hungarie vniuersumque ipsum regnum et cetera regna ac prouincie ad idem pertinentes pro eorum vero legittimo et indubitato rege ac domino eligere et acceptare teneantur. Nos itaque ex quo predicta regna Croacie et Sclauonie nosque omnes et ceteri eciam incole eorundem regnorum ad coronam regni Hungarie et ad ipsum regnum Hungarie ab antiquo spectare et pertinere dinoscimur eisdemque corone et regno subiecti sumus ob hoc instar dominorum prelatorum baronum comitum procerum et nobilium eiusdem regni Hungarie tractatum huiuscemodi pacis et concordie in presenti conuentu budensi super ea re indicto publice et solenniter acceptauimus et acceptamus, atque in presencia spectabilium et magnificorum dominorum Eythel Friderici comitis de Zolrn et capitanei in Hohenberg etc. Heinrici Prueschinkh liberi domini et baronis in Stettemberg, Bernhardi de Scherffenberg et Johannes Fwchmagen doctoris etc. prefato serenissimo domino romanorum regi stipulata manu singuli singulariter et seorsum publice jurauimus et promisimus juramusque et promittimus eundem tractatum quo ad omnes et singulos articulos obseruare. Et in casu iam expresso ipsum serenissimum dominum Maximilianum regem aut eo non existente aliquem ex filijs aut nepotibus et heredibus suis ex lumbis suis per rectam lineam legittime descendentibus juxta formam tenorem et continencias predicti articuli desuper in eodem tractatu confecti, simulcum predictis dominis prelatis baronibus comitibus proceribus et nobilibus prefati regni Hungarie pro nostro domino et rege eligere et acceptare. Harum nostrarum quibus sigilla nostra solita sunt appensa vigore et testimonio litterarum mediante. Datum Bude in predicta regnicolarum generali congregacione in die cinerum anno domini millesimo quadringentesimo nonagesimo secundo.

Orig. Perg. 63 Siegel. Staats - Arch.

LXXXVI. 7. März 1492.

Consensual-Urkunde der Bischöfe Hyppolit von Gran, Oswald von Agram, Valentin von Grosswardein, Sigismund von Fünfkirchen, Thomas von Raab, Johann von Veszprim, Johann von Chanad, Nicolaus von Waitzen, Stefan von Syrmien, Lukas von Bosnien, Dominik Propst von Stuhlweissenburg, und Bartholom. Prior von Vrana, zum Pressburger Frieden.

Nos Hyppolitus Estensis de Aragonia electus et confirmatus strigoniensis [1]) locique eiusdem comes perpetuus, primas regni Hungarie et legatus natus etc. Osualdus zagrabiensis thezaurarius regius, Valentinus waradiensis comes perpetuus comitatus bihoriensis, Sigismundus quinqueecclesiensis, Thomas jauriensis summus et secretarius cancellarius regius, Johannes wesprimiensis, Johannes chanadiensis, Nicolaus waciensis, Stephanus Sirimiensis, Lucas Boznensis ecclesiarum episcopi, Dominicus prepositus albensis locique eiusdem comes perpetuus etc. et Bartholomeus prior Auranae prelati regni Hungarie recognoscimus et tenore presencium notum facimus vniuersis, quod cum his diebus proximis vniuerse ille guerre differencie dis-

[1]) Hyppolit von Este, der 12jährige Primas, 1480 in Ferrara geboren, ein Sohn des Herzogs Hercules von Ferrara und der Eleonore Tochter K. Ferdinands von Sicilien, Schwester der Königin Beatrix von Ungern. Im Alter von 7 Jahren kam er zum K. Mathias Corvin, der eben Neustadt belagerte, ging von da mit ihm nach Ofen, woselbst er zum grossen Missvergnügen der geistlichen Würdenträger zum Administrator des Graner Erzbisthums ernannt, und ihm als vicarius generalis Thomas Ibafalva, Probst von St. Georg de viridi campo an die Seite gegeben wurde. 1492 empfing er in Rom die Kardinalswürde, blieb jedoch nur bis 1497 Erzbischof von Gran. In diesem Jahre trat er ab, und begnügte sich mit dem Bisthume von Erlau, verliess indess bald Ungern ganz und begab sich nach Italien. Dort wurde er Bischof von Mailand, Capua, Ferrara Mantua, endlich von Narbonne. Die Zeitgenossen rühmen ihn als einen Mann von ausnehmenden geistigen Fähigkeiten, und grosser Geschäftskenntniss. Er besuchte in der spätern Zeit noch zweimal Ungern, und starb am 3. Sept. 1520 zu Ferrara, wo er auch begraben ist. (S. Eggs Purpura docta, Peterfi Concil. lib. III. Schmith archiep. Strig. pag. 92.) Sein Nachfolger im Erzbisthum war der hier oft vorkommende Thomas Bakacs von Erdöd, Unterhändler des Friedens von 1491. Bakacs ist geboren in Erdöd in der Szatmarer Gespanschaft, studirte in Wien Philosophie und Theologie, wurde dann Probst von Titel, Bischof von Agram, Raab, Erlau und Gran, endlich Cardinal und apostolischer Legat.

sensiones et hostilitates, que inter serenissimos et excellentissimos principes et dominos dominos Fridericum imperatorem, et Maximilianum romanorum regem, semper augustos etc. ab vna, nec non condam Mathiam Hungarie Bohemie Dalmacie Croacie etc. regem, clare memorie, consequenter autem serenissimum dominum Wladislaum similiter Hungarie Bohemie Dalmacie Croacie etc. regem dominum nostrum graciosissimum, atque hoc regnum Hungarie ab altera partibus dudum exorte, et in hec vsque tempora continuate fuerunt, vigore certorum tractatuum, quos maiestates sue medio oratorum suorum vtrinque habuerunt, sub certis articulis et capitulis, sint sopite et prorsus extincte, sitque perpetua pax et vnio, inter easdem tres maiestates, regnaque et dominia ac principatus et subditos eorundem Posonii die lune post festum sancti Leonardi confessoris, anno domini millesimo quadringentesimo nonagesimo primo, conclusa et firmata, atque inter alia hoc precipue cautum et conclusum, quod si prefatum serenissimum dominum Wladislaum regem, dominum nostrum graciosissimum, liberis masculis ex lumbis suis legittime procreatis, non relictis aut eisdem relictis et sine heredibus descendentibus mortuis decedere contingat, in tali casu prefatum serenissimum dominum Maximilianum romanorum ac Hungarie Dalmacie Croacie etc. regem, aut eo non existente aliquem ex filiis suis aut his non existentibus, eorum heredibus masculis, per rectam lineam ex lumbis eorum legittime descendentibus pro nostro legittimo ac indubitato rege et domino eligere et acceptare teneamur. Nos itaque pro nobis et successoribus nostris tractatum huiuscemodi in presenti conuentu budensi super ea re indicto publice et solenniter acceptauimus, atque acceptamus, et prefato serenissimo domino romanorum regi in presencia oratorum suorum videlicet spectabilium et magnificorum dominorum Eytel Friderici comitis de Zolrn et capitanei in Hohenberg, etc. Heinrici Prueschinkh, liberi domini et baronis in Stettemberg, Bernhardi de Scherffenberg, et Johannis Fwchmagen doctoris etc. stipulata manu singuli singulariter jurauimus, et promisimus, juramusque et promittimus, eundem tractatum, quo ad omnes et singulos articulos obseruare, et in casu iam expresso, ipsum serenissimum dominum Maximilianum romanorum regem aut eo

non existente aliquem ex filiis aut nepotibus et heredibus suis, ex lumbis suis per rectam lineam legittime descendentibus, iuxta formam tenorem et continencias predicti articuli desuper in eodem tractatu confecti, pro nostro domino, et rege eligere et acceptare. Harum nostrarum, quibus sigilla nostra solita sunt appensa, vigore et testimonio litterarum mediante. Datum Bude predicta in nostra et omnium regnicolarum generali congregacione in die cinerum anno domini millesimo quadringentesimo nonagesimo secundo.

Orig. Perg. 12 Siegel. Staats-Arch. Lichnowsky VIII. Regg. Nro. 1728.

LXXXVII. 7. März 1492.

Consensual-Urkunde des Grafen Stefan Bathori, Iudex Curie und Wayvoda Transilvanie, in seiner Eigenschaft als Grosswürdenträger zum Pressburger Frieden.

Nos comes Stephanus de Bathor, judex curie regie, et wayuoda transsiluanus zc. recognoscimus et tenore presencium notum facimus quibus expedit vniuersis. Quod cum in tractatibus pacis et concordie inter imperialem majestatem et serenissimum dominum Maximilianum romanorum regem zc. ab vna, ac serenissimum dominum Wladislaum Hungarie Bohemie Dalmacie Croacie zc. regem, dominum nostrum graciosissimum, ab altera partibus, Posonij feria secunda proxima post festum beati Leonardi confessoris medio oratorum vtriusque partis, inite et concluse, inter cetera hoc expresse sit diffinitum et conclusum, quod si prefatum serenissimum dominum Wladislaum regem dominum nostrum graciosissimum, liberis masculis ex lumbis suis legittime procreatis, non relictis, aut eisdem relictis, et sine heredibus descendentibus mortuis decedere contingat, in tali casu, prefatum serenissimum dominum Maximilianum romanorum ac Hungarie, Dalmacie, Croacie zc. regem, aut eo non existente aliquem ex filiis suis, aut his non existentibus eorum heredibus masculis per rectam lineam ex lumbis eorum legittime descendentibus, pro legittimo et indubitato rege ac domino, per dominos prelatos et barones ac communitatem huius regni Hungarie eligi et acceptari debeat, et quod maiores regni officiales, et item conseruatores sacre corone eidem maiestati romanorum regis jurare et

litteras eciam patentes dare teneantur, prout in articulis pacis eiusdem clarius continetur, ob hoc nos qui wayuoda dictarum parcium transsiluanarum, et conseruatores ipsius sacre corone sumus, tractatum huiusmodi publice ac sollenniter acceptantes, jurauimus et promisimus, eundem tractatum velle obseruare et in casu premisso si tunc predicta officia tenebimus, ipsam sacram coronam ad nullius manus dare, sed pro coronacione ejusdem domini romanorum regis, aut sui legittimi heredis masculi, ex eiusdem lumbis per rectam lineam descendentis fideliter conseruare, et eidem simulcum castro wyssegradiensi, ceterisque castris et ciuitatibus, ac alijs bonis regalibus que tenemus et tunc tenebimus velle obedire, immo juramus et promittimus, harum nostrarum quibus sigillum nostrum est appensum vigore et testimonio litterarum mediante. Datum Bude in presenti omnium regnicolarum generali congregacione, in die cinerum, anno domini millesimo quadringentesimo nonagesimo secundo.

Orig. Perg. 1 Siegel. Staats-Arch.
Abgedruckt bei Eder Scriptor. rer. transsilvan. tom. I. p. 205.
Lichnowsky t. VIII. Regg. No. 1735.

LXXXVIII. 7. März 1492.

Consensual-Urkunde der Stadt Ofen zum Pressburger Frieden.

Nos Johannes Pemflinger dictus judex jurati ceterique ciues ac tota communitas ciuitatis budensis recognoscimus et tenore presencium notum facimus quibus expedit uniuersis. Quod cum hijs diebus proximis vniuerse ille guerre differencie dissensiones et hostilitates, que inter serenissimos et excellentissimos principes et dominos dominos Fridericum imperatorem et Maximilianum romanorum regem semper augustos etc. ab vna necnon condam Mathiam Hungarie Bohemie Dalmacie Croacie zc. regem clare memorie consequenter autem ser^mum dominum Wladislaum similiter Hungarie Bohemie Dalmacie Croacie zc. regem dominum nostrum graciosissimum; atque hoc regnum Hungarie ab altera partibus, dudum exorte, et in hec vsque tempora continuate fuerunt, vigore certorum tractatuum, quos maiestates sue medio oratorum suorum vtrinque habuerunt, sub certis articulis et capitulis sint sopite et prorsus extincte; atque perpetua pax, et vnio inter easdem tres majestates regnaque et dominia ac principatus et subditos eorundem Posonij die lune post

festum beati Leonardi confessoris anno domini millesimo quadringentesimo nonagesimo primo conclusa et firmata. Atque inter alia hoc precipue cautum et conclusum quod si prefatum serenissimum dominum Wladislaum regem, dominum nostrum graciosissimum liberis masculis ex lumbis suis legittime procreatis non relictis, aut eisdem relictis et sine heredibus descendentibus mortuis, decedere contingat, in tali casu prefatum serenissimum dominum Maximilianum romanorum ac Hungarie Dalmacie Croacie zc. regem, aut eo non existente, aliquem ex filiis suis, aut hijs non existentibus eorum heredibus masculis, per rectam lineam ex lumbis eorum legittime descendentibus, domini prelati barones comites proceres nobiles ciuitates et ceteri regnicole huius regni vniuersumque ipsum regnum et prouincie ad idem pertinentes pro eorum vero legittimo et indubitato rege ac domino eligere et acceptare teneantur: nos itaque qui de numero et collegio liberarum et aliarum ciuitatum, ceterorumque regnicolarum huius regni Hungarie sumus, pro nobis heredibusque et successoribus nostris tractatum huiusmodi in presenti dieta seu conuentu generali regnicolarum super ea re indicto publice et solenniter acceptauimus et acceptamus, atque prefato serenissimo domino romanorum regi in presencia oratorum suorum videlicet spectabilium et magnificorum dominorum Ettel Friderici comitis de Zollaren ac capitanei in Hohenberg zc. Henrici Pruschingh liberi domini et baronis de Stetinberg, Bernardi de Schafftenberg et Johannis Fuchsmagen doctoris, stipulata manu publice jurauimus et promisimus, juramusque et promittimus eundem tractatum quo ad omnes et singulos articulos observare et in casu iam expresso ipsum serenissimum dominum Maximilianum regem aut eo non existente aliquem ex filijs et nepotibus, ac heredibus suis ex lumbis suis per rectam lineam legittime descendentibus juxta formam, tenorem et continenciam predicti articuli desuper in eodem tractatu confecti, pro nostro domino et rege eligere et acceptare. Harum nostrarum, quibus sigillum nostrum est appensum vigore et testimonio litterarum mediante. Datum Bude in predicta generali omnium regnicolarum congregacione in die cinerum anno domini millesimo quadringentesimo nonagesimo secundo.

Orig. Perg. 1 Siegel. Staats-Arch.

LXXXIX. 7. März 1492.

Consensual-Urkunde der Stadt Pesth zum Pressburger Frieden.

Nos Paulus Zegedij judex, juratique et ceteri ciues ac tota conmunitas ciuitatis pesthiensis recognoscimus et tenore presencium notumfacimus quibus expedit vniuersis, quod cum hijs diebus proximis vniuerse ille guerre differencie dissensiones et hostilitates que inter serenissimos et excellentissimos principes et dominos Fridericum imperatorem et Maximilianum romanorum regem semper augustos zc. ab vna, nec non condam Mathiam Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie zc. regem clare memorie, consequenter autem serenissimum dominum Wladislaum similiter Hungarie, Bohemie., Dalmatie, Croatie etc. regem, dominum nostrum graciosissimum atque hoc regnum Hungarie ab altera partibus, dudum exorte et in hec vsque tempora continuate fuerunt vigore certorum tractatuum quos maiestates sue medio oratorum suorum vtrinque habuerunt, sub certis articulis et capitulis sint sopite et prorsus extincte atque perpetua pax et vnio inter easdem tres maiestates regnaque et dominia ac principatus et subditos eorundem Posonij die lune post festum b. Leonardi confessoris anno domini millesimo quadringentesimo nonagesimo primo conclusa et firmata, atque inter alia hoc precipue cautum et conclusum, quod si prefatum serenissimum dominum Wladislaum regem, dominum nostrorum graciosissimum liberis masculis ex lumbis suis legittime procreatis non relictis, aut eisdem relictis et sine heredibus descendentibus mortuis decedere contingat in tali casu prefatum serenissimum dominum Maximilianum romanorum ac Hungarie Dalmacie Croacie zc. regem, aut eo non existente aliquem ex filijs suis, aut hijs non existentibus eorum heredibus masculis per rectam lineam ex lumbis eorum legittime descendentibus domini prelati barones comites proceres nobiles ciuitates et ceteri regnicole huius regni vniuersumque ipsum regnum et prouincie ad idem pertinentes pro eorum vero legittimo et indubitato rege ac domino eligere et acceptare teneantur, nos itaque qui de numero et collegio liberarum et aliarum ciuitatum, ceterorumque regnicolarum huius regni Hungarie sumus pro nobis heredibusque et successoribus nostris tractatum huiusmodi in presenti dieta seu conuentu generali regnicolarum super ea re indicto publice

et solenniter acceptavimus et acceptamus atque prefato serenissimo domino romanorum regi in presencia oratorum suorum videlicet spectabilium et magnificorum dominorum Ettel Friderici comitis de Zoler ac capitanei in Hohemberg zc. Henrici Prusching liberi domini et baronis de Stetinberg, Bernardi de Schaffthenberg et Johannis Fuksmagen doctoris stipulata manu publice jurauimus et promisimus, juramusque et promittimus eundem tractatum quo ad omnes et singulos articulos obseruare et in casu iam expresso ipsum serenissimum dominum Maximilianum regem aut eo non existente aliquem ex filijs et nepotibus suis ex lumbis suis per rectam lineam legittime descendentibus iuxta formam tenorem et continenciam predicti articuli desuper in eodem tractatu confecti pro nostro domino et rege eligere et acceptare, harum nostrarum quibus sigillum nostrum est appensum vigore et testimonio litterarum mediante. Datum Bude in predicta generali omnium regnicolarum congregacione in die cinerum anno domini millesimo quadringentesimo nonagesimo secundo. Johannes de Magh Notarius.

Orig. Perg. 1 Siegel. Staats-Arch.

LXXXX. 7. März 1492.

Consensual Urkunde des Paul v. Kinys, Grafen von Temesvar zum Pressburger Frieden, als Grosswürdenträger der Krone.

Nos Paulus de Kinys comes themesiensis ac generalis capitaneus parcium regni Hungarie inferiorum etc., Recognoscimus et tenore presencium notum facimus, quibus expedit vniuersis, quod cum in tractatibus pacis et concordie inter imperialem maiestatem, et serenissimum dominum Maximilianum romanorum regem etc. ab vna, ac serenissimum dominum Wladislaum Hungarie Bohemie Dalmacie Croacie etc. regem, dominum nostrum graciosissimum, ab altera partibus, Posonij feria secunda proxima post festum beati Leonardi confessoris medio oratorum vtriusque partis inite et concluse, inter cetera hoc expresse sit diffinitum et conclusum, quod si prefatum serenissimum dominum Wladislaum regem dominum nostrum graciosissimum liberis masculis ex lumbis suis legittime procreatis non relictis aut eisdem relictis et sine heredibus descendentibus mortuis decedere contingat in tali casu prefatum serenissimum dominum Maximilianum, romanorum ac Hungarie Dalmacie Croacie etc. regem,

aut eo non existente aliquem ex filijs suis, aut his non existentibus, eorum heredibus masculis per rectam lineam ex lumbis eorum legittime descendentibus pro legittimo et indubitato rege ac domino, per dominos prelatos et barones ac communitatem huius regni Hungarie eligi et acceptari debeat, et quod maiores regni officiales, inter alios vero comes themesiensis, eidem maiestati romanorum regis jurare et litteras eciam patentes dare teneantur, prout in articulis pacis eiusdem clarius continetur, ob hoc nos qui honore dicti comitatus themesiensis fungimur, tractatum huiusmodi publice ac sollenniter acceptantes, jurauimus et promisimus, eundem tractatum velle obseruare, et in casu premisso si tunc dictum comitatum tenebimus, castrum themeswariense simulcum ciuitate ad nullius manus dare, sed pro eodem domino romanorum rege aut suo legittimo herede masculo, ex eiusdem lumbis per rectam lineam descendenti fideliter conseruare et eidem fideliter item cum eisdem castro et ciuitate, ceterisque castris et ciuitatibus ac alijs bonis regalibus que tenemus et tunc tenebimus velle obedire, immo juramus et promittimus, harum nostrarum quibus sigillum nostrum est appensum vigore et testimonio litterarum mediante. Datum Bude in presenti omnium regnicolarum generali congregacione, in die cinerum, anno domini millesimo quadringentesimo nonagesimo secundo.

Orig. Perg. 1 Siegel. Staats-Archiv.

XCI. 7. März 1492.

Consensual Urkunde des Erzbischofs Peter von Colocza als Reichskanzler zum Pressburger Frieden.

Nos Petrus miseracione diuina ecclesiarum collocensis et bachiensis canonice vnitarum archiepiscopus, locique eiusdem colocensis comes perpetuus, summus et secretarius cancellarius regius, recognoscimus et tenore presencium notumfacimus vniuersis, quod cum hijs diebus proximis vniuerse ille guerre differencie dissensiones et hostilitates que inter serenissimos et excellentissimos principes et dominos dominos Fridericum imperatorem . et Maximilianum romanorum regem semper Augustos etc. ab vna, necnon condam Mathiam Hungarie Bohemie Dalmacie Croacie etc. regem clare memorie consequenter autem

serenissimum dominum Wladislaum similiter Hungarie Bohemie Dalmacie Croacie etc. regem dominum nostrum graciosissimum atque hoc regnum Hungarie ab altera partibus dudum exorte et in hoc vsque tempora continuate fuerunt vigore certorum tractatuum quos maiestates sue medio oratorum suorum vtrinque habuerunt sub certis articulis et capitulis sint sopite et prorsus extincte, sitque perpetua pax et vnio inter easdem tres maiestates regnaque et dominia ac principatus et subditos eorumdem Posonij die lune post festum beati Leonardi confessoris anno domini millesimo quadringentesimo nonagesimo primo conclusa et firmata atque inter alia hoc precipue cautum et conclusum, quodsi prefatum serenissimum dominum Wladislaum regem, dominum nostrum graciosissimum liberis masculis ex lumbis suis legittime procreatis non relictis, aut eisdem relictis et sine heredibus descendentibus mortuis decedere contingat in tali casu prefatum serenissimum dominum Maximilianum romanorum ac Hungarie Dalmacie Croacie etc. regem, aut eo non existente aliquem ex filijs suis aut hijs non existentibus eorum heredibus masculis per rectam lineam ex lumbis eorum legittime descendentibus domini prelati barones comites proceres nobiles ciuitates et ceteri regnicole huius regni vniuersumque ipsum regnum et prouincie ad idem pertinentes pro eorum vero legittimo et indubitato rege ac domino eligere et acceptare teneantur. Nos itaque qui de numero et collegio prefatorum dominorum prelatorum et baronum sumus, instar eorundem et ceterorum regnicolarum pro nobis et successoribus nostris tractatum huiusmodi in presenti dieta seu conuentu generali regnicolarum super ea re indicto publice et sollenniter acceptauimus et acceptamus atque prefato serenissimo domino romanorum regi in presencia oratorum suorum videlicet spectabilium et magnificorum dominorum Ettel Friderici comitis de Zolrn ac capitanei in Hohemberg, etc. Henrici Prusching liberi domini et baronis de Stetinberg, Bernardi de Schaffthenberg et Johannis Fuksmagon doctoris stipulata manu publice jurauimus et promisimus juramusque et promittimus eundem tractatum quoad omnes et singulos articulos obseruare et in casu iam expresso ipsum serenissimum dominum Maximilianum regem aut eo non existente aliquem ex filijs

et nepotibus ac heredibus suis ex lumbis suis per rectam lineam legittime descendentibus iuxta formam tenorem et continencias predicti articuli desuper in eodem tractatu confecti, pro nostro domino et rege eligere et acceptare, harum nostrarum quibus sigillum nostrum est appensum uigore et testimonio literarum mediante. Datum Bude in predicta generali omnium regnicolarum congregacione in die cinerum anno domini millesimo quadringentesimo nonagesimo secundo.

Orig. Perg. 1. Siegel. Staats-Archiv.

XCII. 7. März 1492.

Consensual-Urkunde der Gebrüder und Vettern von St. Georg und Pösing zum Pressburger Frieden.

Nos Johannes Petrus fratres ac Symeon comites de sancto Georgio et de Bozyun etc. recognoscimus et tenore presentium notumfacimus vniuersis quod cum hijs diebus proximis vniuerse ille guerre differencie dissensiones et hostilitates que inter serenissimos et excellentissimos principes et dominos dominos Fridericum imperatorem et Maximilianum romanorum regem semper augustos etc. ab vna, necnon condam Mathiam Hungarie Bohemie Dalmacie Croacie etc. regem clare memorie consequenter autem serenissimum dominum Wladislaum similiter Hungarie Bohemie Dalmacie Croacie etc. regem, dominum nostrum graciosissimum atque hoc regnum Hungarie ab altera partibus dudum exorte, et in hec vsque tempora continuate fuerunt vigore certorum tractatuum, quos maiestates sue medio oratorum suorum vtrinque habuerint sub certis articulis et capitulis, sint sopite et prorsus extincte sitque perpetua pax et vnio inter easdem tres maiestates regnaque et dominia ac principatus et subditos eorundem Posonij die lune post festum sancti Leonardj confessoris anno domini millesimo quadringentesimo nonagesimoprimo conclusa et firmata atque inter alia hoc precipue cautum et conclusum, quod si prefatum serenissimum dominum Wladislaum regem dominum nostrum graciosissimum liberis masculis ex lumbis suis legittime procreatis, non relictis, aut eisdem relictis et sine heredibus descendentibus mortuis decedere contingat, in tali casu prefatum serenissimum dominum Maximilianum ro-

manorum ac Hungarie Dalmacie Croacie etc. regem aut eo non existente, aliquem ex filijs suis, aut hijs non existentibus eorum heredibus masculis per rectam lineam ex lumbis eorum legittime descendentibus, dominj prelatj comites barones proceres nobiles ciuitates et ceteri incole huius regni Hungarie vniuersumque ipsum regnum et prouincie ad idem pertinentes pro eorum vero legittimo et indubitato rege ac domino eligere et acceptare teneantur. Nos itaque qui in eodem regno Hungarie comites ac barones sumus, instar dominorum prelatorum et ceterorum dominorum comitum baronum procerum et nobilium eiusdem regni, pro nobis ac spectabili et magnifico domino Sigismundo comite fratre nostro charissimo et Thoma eius filio eorundemque et nostris heredibus ac successoribus tractatum huiuscemodj in presenti conuentu budensi super ea re indicto, publice et sollemniter acceptauimus et acceptamus atque prefato serenissimo domino romanorum regi in presentia oratorum suorum stipulata manu singuli singulariter et seorsum publice iurauimus et promisimus, iuramusque et promittimus eundem tractatum, quo ad omnes et singulos articulos obseruare et in casu iam expresso ipsum serenissimum dominum Maximilianum regem, aut eo non existente aliquem ex filijs aut nepotibus et heredibus suis per rectam lineam legittime descendentibus iuxta formam, tenorem et continentias predicti articuli desuper in eodem tractatu confecti, pro nostro domino et rege eligere et acceptare. Harum nostrarum quibus sigilla nostra solita sunt appensa, vigore et testimonio litterarum mediante. Datum Bude in predicta omnium regnicolarum generali congregacione in die cinerum anno dominj millesimo quadringentesimo nonagesimo secundo.

Orig. Perg. 3 Siegel. Staats-Arch..

XCIII. 7. März 1492.

Consensual Urkunde des Bischofs Ladislaus Gereb von Karlsburg zum Pressburger Frieden.

Nos Ladislaus Gereb episcopus ecclesie albensis transsiluane etc. recognoscimus et tenore presencium notumfacimus vniuersis, quod cum his diebus proximis vniuerse ille guerre differencie dissensiones et hostilitates, que inter serenissimos et excellen-

tissimos principes et dominos dominos Fridericum imperatorem et Maximilianum romanorum regem semper augustos etc., ab vna necnon condam Mathiam Hungarie Bohemie Dalmacie Croacie etc. regem clare memorie consequenter autem serenissimum dominum Wladislaum similiter Hungarie Bohemie Dalmacie Croacie etc. regem dominum nostrum graciosissimum atque hoc regnum Hungarie ab altera partibus, dudum exorte et in hec vsque tempora continuate fuerunt vigore certorum tractatuum quos maiestates sue medio oratorum suorum vtrinque habuerunt sub certis articulis et capitulis sint sopite et prorsus extincte sitque perpetua pax et vnio inter easdem tres maiestates regnaque et dominia ac principatus et subditos eorundem Posonij die lune post festum sancti Leonardi confessoris anno domini millesimo quadringentesimo nonagesimo primo, conclusa et firmata atque inter alia hoc precipue cautum et conclusum quod si prefatum serenissimum dominum Wladislaum regem dominum nostrum graciosissimum liberis masculis ex lumbis suis legittime procreatis non relictis aut eisdem relictis et sine heredibus descendentibus mortuis decedere contingat, in tali casu prefatum serenissimum dominum Maximilianum romanorum ac Hungarie Dalmacie Croacie etc. regem aut eo non existente aliquem ex filijs suis aut his non existentibus eorum heredibus masculis per rectam lineam ex lumbis eorum legittime descendentibus domini prelati barones comites proceres nobiles ciuitates et ceteri incole huius regni Hungarie vniuersumque hoc regnum et prouincie ad idem pertinentes pro eorum vero legittimo et indubitato rege ac domino eligere et acceptare teneantur. Nos itaque qui de numero et collegio prefatorum dominorum prelatorum et baronum sumus instar eorundem et ceterorum regnicolarum pro nobis et successoribus nostris tractatum huiusmodi in presenti dieta siue conuentu generali regnicolarum super ea re indicto publice et sollenniter acceptauimus et acceptamus atque prefato serenissimo domino romanorum regi in presencia oratorum suorum videlicet spectabilium et magnificorum dominorum Eyttel Friderici comitis de Zoler et capitanei in Hohenberg etc. Heinrici Prueschinkh, liberi domini et baronis in Stettemberg, Bernhardi de Scherffenberg et Johannis Fuchsmagen doctoris etc. stipulata manu publice jurauimus et promisimus juramusque et promitti-

mus eundem tractatum quo ad omnes et singulos articulos obseruare et in casu iam expresso ipsum serenissimum dominum Maximilianum regem aut eo non existente aliquem ex filijs aut nepotibus et heredibus suis ex lumbis suis per rectam lineam legittime descendentibus juxta formam tenorem et continencias predicti articuli desuper in eodem tractatu confecti pro nostro domino et rege eligere et acceptare. Harum nostrarum quibus sigillum nostrum solitum est appensum vigore et testimonio litterarum mediante. Datum Bude in predicta omnium regnicolarum generali congregacione in die cinerum anno domini millesimo quadringentesimo nonagesimo secundo.

Orig. Perg. 1 Siegel. Staats-Arch. (Abgedr. bei Eder script. rer. transylv. tom. I. p. 207.) Lichnowsky tom. VIII. Regg. Nr. 1734.

XCIV. 13. März 1492.

K. Wladislaus erlässt dem K. Friedrich, K. Maximilian und ihren Erben jene Summe von 100.000 fl., welche ersterer unter Haftung der österreichischen Stände weil. K. Mathias „in prima concordia" zu bezahlen sich verpflichtet.

Nos Wladislaus dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. Recognoscimus et tenore presencium notumfacimus vniuersis, quod cum diebus his superioribus vniuerse ille guerre differencie dissensiones et hostilitates omniaque bellorum incendia que hactenus inter serenissimos principes dominos Fridericum imperatorem et Maximilianum regem romanorum semper augustos etc. ex vna, ab alia vero partibus inter serenissimum condam dominum Mathiam Hungarie et Bohemie regem etc. predecessorem nostrum clare memorie et tandem inter nos fuerunt medio oratorum vtriusque partis, Posonij die lune post festum beati Leonardi confessoris anno domini millesimo quadringentesimo nonagesimo primo sint sopite et extincte, paxque perpetua et vnio atque syncera amicicia ac fraternitas inita et conclusa, nos itaque ne minima eciam scintilla vlterioris belli et discordie inter prefatas imperialem et regiam romanorum maiestates ac inter nos regnaque et principatus ac dominia utriusque remaneant, sed omnes differencie et belli materia et occasio de medio tollatur, obligacionem illam siue inscripcionem, quam alias prefata cesarea maiestas, subditique et omnes status ducatuum et dominiorum sue maiestatis predicto condam domino Mathie regi prede-

cessori nostro, in prima concordia super centum milibus florenorum per certas litteras suas patentes fecisse dinoscitur eidem maiestati imperali et serenissimo domino Maximiliano romanorum regi eius filio suisque heredibus, nostro heredumque et successorum nostrorum ac vniuersi huius regni nostri Hungarie nominibus ex certa nostra sciencia et animo deliberato iuxta vim et formam premisse mutue concordie et pacis relaxandi et remittendi et tam suas maiestates quam eciam vniuersos subditos status ducatuum et dominiorum suorum ab ea obligacione et inscripcione penitus absoluendi atque omni via jure et forma meliori quibus possumus, quiettandi easdemque litteras inscripcionales ipsius cesaree maiestatis et subditorum suorum cassandi et annulandi immo remittimus relaxamus absoluimus quiettamus cassamus et annulamus per omniaque inualidas relinquimus harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante. Datum Bude feria sexta proxima ante dominicam reminiscere anno dom. mil. quad. nonag. secundo regnorum nostrorum Hungarie etc. anno secundo, Bohemie vero vigesimo primo.

Comissio propria domini regis.

Orig. Perg. 1 Siegel. Staats-Archiv. Abgedruckt bei Kollar Urs. Vel. p. 265, Nr. XIII. Lichnowsky tom. VIII. Regg. 1472.

XCV. 16. März 1492.

Consensual-Urkunde des Castellans von Ofen Blasius de Raska zum Pressburger Frieden.

Ego Blasius de Raska provisor curie ac castellanus castri budensis, recognosco et tenore presencium notum facio quibus expedit vniuersis, quod iuxta vim et tenorem tractatuum pacis et concordie inter imperialem et regiam romanorum maiestates etc. et inter serenissimum principem et dominum dominum Wladislaum Hungarie et Bohemie regem etc. dominum meum graciosissimum habiti, de commissione et voluntate eiusdem serenissimi et graciosissimi domini mei regis Wladislai eidem serenissimo domino Maximiliano regi romanorum in presencia oratorum suorum juraui et promisi, juroque et promitto, quod si ipsum serenissimum dominum Wladislaum regem, prout in articulis et condicionibus pacis predicte lacius et apercius continetur, absque legittimis heredibus masculis decedere contingat, et tunc in hoc officio castellanatus hujus castri budensis constitutus fuero, idem

castrum budense, simulcum castro inferiori wyssegradiensi, pro eodem serenissimo domino romanorum rege aut eo non existente heredi suo quem domini prelati et barones ac regnicole pro eorum rege et domino duxerint eligendum fideliter conservabo et assignabo, harum litterarum mearum sigillo meo consueto communitarum vigore et testimonio mediante. Datum in prefato castro budensi feria sexta proxima ante dominicam reminiscere, anno domini millesimo quadringentesimo nonagesimo secundo.

Orig. Pap. 1 Siegel. Staats-Arch.

XCVI. 17. März 1492.

K. Wladislaus schenkt den Freiherren Sigmund und Heinrich Prueschink von Stettenberg Schloss und Stadt Güns.

Nos Wladislaus dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. recognoscimus et tenore presencium notum facimus quibus expedit vniuersis, quod nos animaduertentes, quanto studio quantaque diligencia spectabiles et magnifici domini Sigismundus et Heinricus Prüschinckh, liberi domini et barones in Stetemberg per hec tempora laborauerunt, quo arma inter imperialem et regiam romanorum maiestates ac inter nos occasione hujus regni nostri Hungarie suscepta deponerentur et vniuerse eciam alie differencie, guerre, dissensiones et hostilitates tempestate serenissimi condam domini Mathie regis Hungarie et Bohemie etc. predecessoris nostri bone memorie inter easdem maiestates et ipsum condam dominum Mathiam regem, hocque inclitum regnum Hungarie, racione nonnullorum negociorum suborte, et vsque ad hec tempora nostra continuate sopirentur et prorsus extinguerentur, atque pro vtriusque partis quiete et vniuerse reipublice christiane incremento inter easdem majestates, ac inter nos, regnaque et principatus ac subditos et dominia vtriusque partis jamtandem pax ista perpetua et salutaris concordia, que diuino munere, et eorum cooperacione secuta est, feliciter succederet. Attendentes preterea quanta fide et animi feruore plurimis alijs eciam in rebus et expedicionibus obsequi et complacere seseque nobis gratos reddere studuerunt et acceptos vt igitur tantorum suorum erga nos meritorum racionem aliquando habuisse et eorum laborem studium et affectum grato animo accepisse videamur, castrum Güns alio nomine Kewzeg vocatum

in comitatu castriferrei habitum quod nunc existit apud manus prefate maiestatis imperialis titulo quodam pignoris siue inscripcionis simulcum oppido similiter eodem nomine appellato, ceterisque vniuersis villis et pertinencijs suis ad idem castrum siue oppidum de jure et ab antiquo spectantibus, ac pariter cum cunctis suis vtilitatibus et pertinencijs quibuslibet post eorundem castri et oppidi redempcionem et recuperacionem, omni eo jure, quo ad nos collacionemque nostram regiam pertinent et pertinere possunt, eidem Sigismundo et Heinrico Pruschinckh ipsorumque heredibus et posteritatibus duximus dandum donandum et conferendum. Hac tamen lege et condicione quod racione huius castri et oppidi suarumque pertinenciarum nobis et heredibus successoribusque nostris instar aliorum vasallorum et subditorum nostrorum huius regni Hungarie subieccionem facere, et obedienciam, atque fidelitatis homagium prestare et tenere, necnon iuxta patrie consuetudinem juri stare et onera regni cum ceteris portare, preterea decimas et ceteros prouentus ecclesie jauriensi prouenire debentes de illo oppido et bonis ad idem pertinentibus sine difficultate et impedimento quotannis reddi et persolui facere debeant et teneantur. Imo ex nunc prout ex tunc et ex tunc prout ex nunc damus donamus et conferimus jure perpetuo et irreuocabiliter tenendum possidendum pariter et habendum harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante. Datum Bude sabbatho proximo ante dominicam reminiscere anno domini millesimo quadringentesimo nonagesimo secundo, regni nostri Hungarie etc. anno secundo, Bohemie vero vigesimo primo.

Commissio propria domini regis.

Copie. Staats-Arch.

XCVII. 17. März 1492.

Consensual Urkunde des Bischofs Anton von Neitra zum Pressburger Frieden.

Nos Anthonius electus ecclesie nittriensis etc. recognoscimus et tenore presencium notumfacimus vniuersis, quod cum his diebus proximis vniuerse ille guerre differencie dissensiones et hostilitates, que inter serenissimos et excellentissimos principes et dominos dominos Fridericum imperatorem et Maximilianum romanorum regem semper augustos etc. ab vna, necnon

serenissimum condam dominum Mathiam Hungarie Bohemie Dalmacie Croacie etc. regem, clare memorie consequenter autem serenissimum dominum Wladislaum similiter Hungarie Bohemie Dalmacie Croacie etc. regem, dominum nostrum graciosissimum, atque hoc inclitum regnum Hungarie ab altera partibus, dudum exorte et in hec vsque tempora continuate fuerunt vigore certorum tractatuum, quos maiestates sue medio oratorum suorum vtrinque habuerunt, sub certis articulis et capitulis sint sopite et prorsus extincte sitque perpetua pax et vnio inter easdem tres maiestates, regnaque et dominia ac principatus et subditos eorundem Posonij die lune post festum sancti Leonardi confessoris anno domini proxime preterito videlicet millesimo quadringentesimo nonagesimo primo conclusa et firmata atque inter alia hoc precipue cautum et conclusum, quod si prefatum serenissimum dominum Wladislaum regem dominum nostrum graciosissimum liberis masculis ex lumbis suis legittime procreatis non relictis aut eisdem relictis et sine heredibus descendentibus decedere contingat in tali casu prefatum serenissimum dominum Maximilianum romanorum ac Hungarie Dalmacie Croacie etc. regem, aut eo non existente aliquem ex filijs suis aut his non existentibus eorum heredibus masculis per rectam lineam ex lumbis eorum legittime descendentibus domini prelati barones comites proceres nobiles ciuitates et ceteri incole huius regni Hungarie, vniuersumque ipsum regnum et prouincie ad idem pertinentes, pro eorum vero legittimo et indubitato rege ac domino eligere et acceptare teneantur, nos itaque qui de numero et collegio prefatorum dominorum prelatorum et baronum sumus instar eorundem et ceterorum regnicolarum pro nobis et successoribus nostris tractatum huiusmodi in presenti dieta siue conuentu generali regnicolarum super ea re indicto publice et sollenniter acceptauimus et acceptamus, atque prefato serenissimo domino romanorum regi in presencia oratorum suorum videlicet spectabilium et magnificorum dominorum Eythel Friderici comitis de Zoler et capitanei in Hohemberg etc. Heinrici Prueschinkh liberi domini et baronis in Stettemberg, Bernhardi de Scherffenberg et Johannis Fwchmagen doctoris etc. stipulata manu publice jurauimus et promisimus juramusque et promittimus eundem tractatum quo ad omnes et singulos articulos obseruare

et in casu iam expresso, ipsum serenissimum dominum Maximilianum regem aut eo non existente aliquem ex filijs aut nepotibus et heredibus suis per rectam lineam legittime descendentibus, iuxta formam tenorem et continencias predicti articuli desuper in eodem tractatu confecti pro nostro domino et rege eligere et acceptare, harum nostrarum quibus sigillum nostrum solitum est appensum vigore et testimonio litterarum mediante. Datum Bude Sabbatto proximo ante dominicam reminiscere anno domini millesimo quadringentesimo nonagesimo secundo.

Orig. Perg. 1 Siegel. Staats-Arch.

XCVIII. 27. April 1492.

Consensual-Urkunde der Stadt Klausenburg zum Pressburger Frieden.

Nos Benedictus Theremi judex Nicolaus Petri Mathie Georgius Sabo Michael Shórel Johannes Bartafy Michael Hon Georgius Thamasi Conradus Rijs Petrus Belinisy Michael Reiner Thomas Peterdi Laurencius Bůdner Johannes Trőzer juraticonsules, ceterique ciues, ac tota communitas ciuitatis cluswariensis. Recognoscimus et tenore presencium notumfacimus, quibus expedit vniuersis, quod cum hijs diebus proximis ille guerre, differencie dissenciones et hostilitates, que inter serenissimos et excellentissimos principes, et dominos: dominos Fridericum imperatorem et Maximilianum romanorum regem semper augustos zc. ab vna necnon condam Mathiam Hungarie Bohemie Dalmacie Croacie zc regem clare memorie, consequenter autem inter serenissimum dominum Wladislaum similiter Hungarie Bohemie Dalmacie Croacie zc. regem dominum nostrum graciosissimum atque hoc regnum Hungarie: ab altera partibus, dudum exorte, et in hec vsque tempora continuate fuerunt, vigore certorum tractatuum, quos maiestates sue, medio oratorum suorum vtrimque habuerunt, sub certis articulis et capitulis sint sopite et prorsus extincte, sitque perpetua pax et vnio inter easdem tres maiestates regnaque et dominia ac principatus et subditos eorundem Posonij die lune post festum beati Leonardi confessoris anno domini millesimo quadringentesimo nonagesimo primo conclusa et firmata, atque inter alia hoc precipue cautum et conclusum quod si prefatum serenissimum dominum Wladislaum regem dominum nostrum graciosissimum liberis masculis ex lumbis

suis legittime procreatis non relictis, aut eisdem relictis et sine heredibus descendentibus mortuis decedere contingat, in tali casu prefatum serenissimum dominum Maximilianum romanorum ac Hungarie Dalmacie Croacie zc. regem, aut eo non existente, aliquem ex filijs suis aut hijs non existentibus eorum heredibus masculis, per rectam lineam ex lumbis eorum legittime descendentibus domini prelati barones comites proceres nobiles ciuitates et ceteri regnicule huius regni vniuersumque ipsum regnum et prouincie ad id pertinentes, pro eorum vero legittimo et indubitato rege, ac domino eligere et acceptare teneantur, nos itaque qui de numero et collegio liberarum et aliarum ciuitatum ceterorumque regnicularum huius regni Hungarie sumus, pro nobis heredibusque et successoribus nostris tractatum huiusmodi in presenti dieta sew conuentu generali regnicularum super ea re indicto publice et solemniter acceptauimus et acceptamus, atque prefato serenissimo domino romanorum regi publice jurauimus et promisimus juramusque et promittimus eundem tractatum quoad omnes et singulos articulos obseruare et in casu iam expresso ipsum serenissimum dominum Maximilianum regem, aut eo non existente aliquem ex filijs et nepotibus ac heredibus suis ex lumbis suis per rectam lineam legittime descendentibus juxta formam tenorem et continencias predicti articuli desuper in eodem tractatu confecti, cum dominis prelatis baronibus proceribusque et nobilibus ac liberis ciuitatibus huius regni Hungarie pro nostro domino et rege eligere et acceptare, harum nostrarum quibus sigillum nostrum est appensum vigore et testimonio litterarum mediante. Datum in prefata ciuitate cluswariensi feria sexta proxima post festum Pasce anno domini millesimo quadringentesimo nonagesimo secundo.

Orig. Perg. 1. Siegel. Staats-Arch.

XCIX. 29. April 1492.

Consensual-Urkunde der Stadt Kronstadt zum Pressburger Frieden.

Nos judex juratique et ceteri ciues ac tota communitas ciuitatis brassouiensis recognoscimus et tenore presencium notumfacimus quibus expedit vniuersis quod cum hijs diebus proximis vniuerse ille gwerre differencie dissensiones et hostilitates que inter serenissimos et excellentissimos principes et dominos, dominos

Fridericum imperatorem et Maximilianum romanorum regem semper augustos zc. ab vna necnon condam Mathiam Hungarie Bohemie Dalmacie Croacie zc. regem clare memorie consequenter autem serenissimum dominum Wladislaum similiter Hungarie Bohemie Dalmacie Croacie zc. regem dominum nostrum graciosissimum atque hoc regnum Hungarie ab altera partibus dudum exorte et in hec usque tempora continuate fuerunt vigore certorum tractatuum, quos maiestates sue medio oratorum suorum vtrimque habuerunt, sub certis articulis et capitulis sint sopite et prorsus extincte, sitque perpetua pax et vnio inter easdem tres maiestates regnaque et dominia ac principatus et subditos eorundem Posonij die lune post festum beati Leonhardi confessoris anno domini millesimo quadringentesimo nonagesimo primo conclusa et firmata atque inter alia hoc precipue cautum et conclusum, quod si prefatum serenissimum dominum Wladislaum regem dominum nostrum graciosissimum, liberis masculis ex lumbis suis legittime procreatis non relictis aut eisdem relictis et sine heredibus descendentibus mortuis decedere contingat, in tali casu prefatum serenissimum dominum Maximilianum romanorum ac Hungarie Dalmacie Croacie zc. regem aut eo non existente aliquis ex filijs suis, aut hijs non existentibus eorum heredibus masculis per rectam lineam ex lumbis eorum legittime descendentibus domini prelati barones comites proceres nobiles ciuitates et ceteri regnicole huius regni vniuersumque ipsum regnum et provincie ad id pertinentes pro eorum vero legittimo et indubitato rege ac domino eligere et acceptare teneantur, nos itaque qui de numero et collegio liberarum et aliarum ciuitatum, ceterorumque regnicolarum huius regni Hungarie sumus pro nobis heredibusque et successoribus nostris, tractatum huiusmodi in presenti dieta sew conuentu generali regnicolarum, super ea re indicto publice et solemniter acceptauimus et acceptamus atque prefato serenissimo domino romanorum regi publice jurauimus et promisimus, juramusque et promittimus, eundem tractatum quoad omnes et singulos articulos obseruare et in casu iam expresso ipsum serenissimum dominum Maximilianum regem aut eo non existente aliquem ex filijs et nepotibus ac heredibus suis ex lumbis suis per rectam lineam legittime descendentibus juxta formam, tenorem et continencias predicti articuli, desuper in eodem tractatu confecti cum dominis prelatis

baronibus proceribusque et nobilibus, ac liberis ciuitatibus huius regni Hungarie pro nostro domino et rege eligere et acceptare, harum nostrarum quibus sigillum nostrum est appensum vigore et testimonio litterarum mediante. Datum Brassouie in die beatorum appostolorum Philippi et Jacobi, anno domini millesimo quadringentesimo nonagesimo primo.

Orig. Perg. 1. Siegel. Staats-Arch.

C. 29. April 1492.

Consensual-Urkunde der Stadt Bistritz zum Pressburger Frieden.

Nos judex juratique et ceteri ciues ac tota comunitas ciuitatis bystriciensis vna cum pertinencijs suis recognoscimus et tenore presencium notum facimus quibus expedit vniuersis, quod cum his diebus proximis vniverse ille guerre differencie dissensiones et hostilitates, que inter serenissimos et excellentissimos principes et dominos Fridericum imperatorem et Maximilianum romanorum regem semper augustos etc. ab vna: necnon quondam Mathiam Hungarie Bohemie Dalmacie: Croacie etc. regem clare memorie, consequenter autem serenissimum dominum Wladislaum similiter Hungarie Bohemie Dalmacie Croacie etc. regem, dominum nostrum graciosissimum, atque hoc regnum Hungarie ab altera partibus dudum exorte et inter hec vsque tempora continuate fuerunt vigore certorum tractatuum quos maiestates sue medio oratorum suorum utrinque habuerunt sub certis articulis et capitulis sint sopite et prorsus extincte, sitque perpetua pax et vnio inter easdem tres maiestates regnaque et dominia ac principatus et subditos eorundem Posonij die lune post festum beati Leonhardi confessoris anno domini millesimo quadringentesimo nonagesimo primo conclusa et firmata, atque inter alia hoc precipue cautum et conclusum, quod si prefatum dominum Wladislaum regem dominum nostrum graciosissimum liberis masculis ex lumbis suis legittime procreatis non relictis aut eisdem relictis et sine heredibus descendentibus mortuis decedere contingat, in tali casu prefatum serenissimum dominum Maximilianum romanorum ac Hungarie Dalmacie Croacie etc. regem aut eo non existente aliquis ex filijs suis aut his non existentibus eorum heredibus masculis per lineam rectam ex lumbis eorum legittime descenden-

tibus domini prelatj, barones, comites, proceres, nobiles, ciuitates, et ceteri regnicole huius regni vniuersumque regnum ipsum, et prouincie ad id pertinentes pro eorum vero legittimo et indubitato rege, ac domino eligere et acceptare teneantur, nos itaque qui de numero et collegio liberarum et aliarum ciuitatum ceterorumque regnicolarum huius regni Hungarie sumus pro nobis heredibus et successoribus nostris tractatum huiusmodi in presenti dieta seu conuentu generali regnicolarum super ea re indicto publice et solenniter acceptauimus et acceptamus atque prefato serenissimo domino romanorum regi publice jurauimus et promisimus juramusque et promittimus, eundem tractatum quoad omnes et singulos articulos obseruare et in casu iam expresso ipsum dominum serenissimum Maximilianum regem aut eo non existente aliquem ex filijs et nepotibus ac heredibus suis ex lumbis suis per rectam lineam legittime descendentibus juxta formam tenorem et continencias predicti articuli desuper in eodem tractatu confecti, cum dominis prelatis, baronibus, proceribusque, et nobilibus, ac liberis ciuitatibus huius regni Hungarie pro nostro domino et rege eligere et acceptare, harum nostrarum quibus sigillum nostrum est appensum, vigore et testimonio litterarum mediante. Datum Bystricie dominica Quasimodogeniti etc. anno domini millesimo quadringentesimo nonagesimo secundo.

Orig Perg. 1. Siegel. Staats-Arch. Lichnowsky t. VIII. Regg. Nr. 1770.

CI. 6. Mai 1492.

Consensual-Urkunde der Städte Hermannstadt, Segesvar und der sieben sächsischen Stühle in Siebenbürgen zum Pressburger Frieden.

Nos Georgius Hecht, magister ciuium, Laurencius Kakas regius, et Jacobus Sartor terrestris judices, Georgius Sartor, Benedictus Carnifex, Stephanus Margraff, Cristanus Cerdo, Martinus Glockengisser, Michael Moldner, Johannes Fritsch, Anthonius Zanoby, Johannes Schiltmacher, Johannes Wal, Hwppertus Doleator, Johannes Melchior jurati consules, et Johannes Pellifex, villicus ciuitatis cibiniensis, item Michael Polnar, magister ciuium et judex regius ciuitatis et sedis segesswarensis, Nicolaus Schukesch de Kwhalm̄, Nicolaus Gryndj de Oltzna magister Matheus de Zeridahel, Franciscus Zaz de Zaz Schebes, Michal Greb de Margandal, et Stephanus Croner de Zazwaras

illarum sedium saxonicalium judices regii, necnon Ambrosius Pawr de Segesswar, Blasius Greb de Schenck, Benedictus Greb de Senth Agatha, Nicolaus Pellifex de Zazwaras, Laurencius Remser de Alwyntz, Ladislaus Pötz et Petrus Greb de eadem, Adam Greb de Kwhalm etc. jurati seniores dictarum septemsedium saxonicalium parcium transiluanicarum.

Recognoscimus et tenore presencium notum facimus quibus expedit uniuersis, quod cum hijs diebus proximis ille guerre differencie dissenciones et hostilitates que inter serenissimos principes et dominos dominos Fridericum imperatorem et Maximilianum regem semper augustos etc. ab vna, necnon condam Mathiam Hungarie Bohemie Dalmacie Croacie etc. regem clare memorie, consequenter autem inter serenissimum dominum Wladislaum similiter Hungarie Bohemie Dalmacie Croacie etc. regem dominum nostrum graciosissimum atque hoc regnum Hungarie ab altera partibus dudum exorte et in hec vsque tempora continuate fuerunt vigore certorum tractatuum, quos maiestates sue medio oratorum suorum vtrimque habuerunt, sub certis articulis et capitulis sint sopite et prorsus extincte, sitque perpetua pax et vnio inter easdem tres majestates regnaque et dominia ac principatus et subditos eorundem Posonij die lune post festum beati Leonardi confessoris anno domini millesimo quadringentesimo nonagesimo primo conclusa et firmata, atque inter alia hoc precipue cautum et conclusum, quod si prefatum serenissimum dominum Wladislaum regem dominum nostrum graciosissimum liberis masculis ex lumbis suis legittime procreatis non relictis aut eisdem relictis et sine heredibus descendentibus mortuis decedere contingat in tali casu prefatum serenissimum dominum Maximilianum romanorum ac Hungarie Dalmacie Croacie etc. regem, aut eo non existente aliquem ex filiis suis aut hiis non existentibus eorum heredibus masculis per rectam lineam ex lumbis eorum legittime descendentibus domini prelati barones comites proceres nobiles ciuitates et ceteri regnicule hujus regni, vniuersumque ipsum regnum et prouincie ad id pertinentes, pro eorum vero legittimo et indubitato rege ac domino eligere, et acceptare teneantur, nos itaque qui de numero et collegio liberarum et aliarum ciuitatem ceterorumque regnicularm huius regni Hungarie sumus, pro nobis heredibusque et succes-

soribus nostris tractatum huiusmodi in presenti dieta seu conuentu generali regnicularum super ea re indicto publice et solemniter acceptauimus et acceptamus atque prefato serenissimo domino romanorum regi publice jurauimus et promisimus juramusque et promittimus eundem tractatum quo ad omnes et singulos articulos observare et in casu jam expresso ipsum serenissimum dominum Maximilianum regem, aut eo non existente aliquem ex filiis et nepotibus ac heredibus suis ex lumbis suis per rectam lineam legittime descendentibus juxta formam tenorem et continencias predicti articuli desuper in eodem tractatu confecti, cum dominis prelatis baronibus proceribusque et nobilibus ac liberis ciuitatibus huius regni Hungarie pro nostro domino et rege eligere et acceptare, harum nostrarum quibus *sigillum nostrum provinciale maius et autenticum* est appensum vigore et testimonio literarum mediante.

Datum Cibinij in nostra generali congregacione dominica proxima post festum inuencionis sancte crucis anno domini millesimo quadringentesimo nonagesimo secundo.

Orig. Perg. 1 Siegel. Staats-Arch.
Abgedruckt bei Eder script. rer. transsilv. tom. I. pag. 209.
Cf. Kollar. Urs. Vol. Indic. pag. 323 No. 21. Lichnowsky t. VIII. Regg. 1777.

CII. Augsburg 4. Juny 1492.

K. Max erlaubt dem Erhard Wyndtsberger dem König Wladislaus als Leibarzt zu dienen.

Ersamer lieber getrewr, dein schreyben vnns jetzo getan darynnen du vnns mit vnndertenigem bete anlangst dir zuuergönnen, vnnserm lieben oheimen vnd bruder dem kunig zu Hungern vnd Beheim zu dienen, haben wir vernomen, vnd seyen in ansehung desselben vnnsers bruders begern deinthalben an vnns getan, auch disem deinem vnndertenigen bete nach geneygt vnd wellen seiner liebe in solhem willefarn vnd dir vergönnen, ime als sein leybarzt oder in annder wege zu dienen. Vnd künden dir demselben nach, dein prouision vnd dienstgelt, so du bisshere von vnns gehabt hast, ab, vnd wellen dir dasselb hinfür zugeben nit mer schuldig noch pflichtig sein. Sagen dich auch deiner glubd pflicht vnd aide damit du vnns verpunden pist ledig etc. etc. Geben zu Augspurg am vierten tag des monats Juny anno etc. lxxxxij° etc.

Reichs Regist. K. Max. FF. 141. Staats-Arch.

CIII. 5. Juni 1492.

Consensual-Urkunde der Stadt Pressburg zum Pressburger Frieden.

Nos Martinus Rosentaller dictus judex, juratiqve et ceteri cives tota communitas civitatis posoniensis recognoscimus, et tenore presentium notificamus, qvibus expedit universis, quod cum his diebus proximis universe ille guerre differentie, dissensiones, et hostilitates, que inter serenissimos et excellentissimos principes et dominos dominos Fridericum imperatorem et Maximilianum romanorum regem semper augustos etc. ab una nec non condam Mathiam Hungarie, Bohemie, Dalmatie, Croatie etc. regem clare memorie, consequenter autem serenissimum dominum Uladislaum similiter Hungarie, Bohemie, Dalmatie, Croatie etc. regem, dominum nostrum gratiosissimum, atque hoc regnum Hungarie ab altera partibus dudum exorte et in hec usque tempora continuate fuerunt, vigore certorum tractatuum, quos majestates sue medio oratorum suorum utrinque habuerunt, sub certis articulis et capitulis sint sopite et prorsus exstincte, sitque perpetua pax et unio inter easdem tres majestates, regnaque et dominia, ac principatus, et subditos eorundem Posonii die lune post festum B. Leonardi confessoris anno domini millesimo quadringentesimo nonagesimo primo conclusa et firmata atque inter alia hoc praecipue cautum et conclusum, quod si praefatum serenissimum dominum Uladislaum regem dominum nostrum gratiosissimum liberis masculis ex lumbis suis legitime procreatis non relictis, aut eisdem relictis, et sine heredibus descendentibus mortuis decedere contingat, in tali casu serenissimum dominum Maximilianum romanorum ac Hungarie, Dalmatie, Croatie etc. regem aut eo non existente aliquem ex filiis suis, aut his non existentibus eorum heredibus masculis per rectam lineam ex lumbis eorum legitime descendentibus domini, prelati, barones, comites, proceres, nobiles, civitates et ceteri regnicole hujus regni, universumque regnum et provincie ad id pertinentes, pro eorum vero legitimo ac indubitato rege ab domino eligere et acceptare teneantur. Nos itaque, qui de numero et collegio liberarum et aliarum civitatum, ceterorumque regnicolarum regni hujus Hungarie sumus, pro nobis he-

redibusque et successoribus nostris tractatum hujusmodi in presenti dieta seu conventu generali regnicolarum super ea re indicto, publice et solemniter acceptavimus et acceptamus, atque prefato serenissimo domino romanorum regi publice juravimus et promisimus juramusque et promittimus, eundem tractatum quoad omnes et singulos articulos observare, et in casu jam expresso ipsum serenissimum dominum Maximilianum regem, aut eo non existente aliquem ex filiis et nepotibus ac heredibus suis ex lumbis suis per rectam lineam legitime descendentibus, juxta formam tenorem ac continentiam predicti articuli desuper in eodem tractatu confecti, cum dominis prelatis, baronibus proceribusque et nobilibus ac liberis civitatibus hujus regni Hungarie pro nostro domino et rege eligere et acceptare, harum nostrarum, quibus sigillum nostrum est appensum, vigore et testimonio litterarum mediante. Datum Posonii ipso die b. Bonifacii anno domini millesimo quadringentesimo nonagesimo secundo.

Mailath Geschichte der Magyaren, 3. Band pag. 229 (aus dem Pressburger Stadt-Archive).

CIV. 18. Juni 1492.

K. Maximilian quittirt dem K. Wladislaus über die als dritten Termin bezahlten und empfangenen 3000 fl.

Wir Maximilian von gotsgnaden romischer kunig zu allen tziten merrer des reichs zu Hungern, Dalmatien, Croatien kunig ertzhertzog zu Osterreich hertzog zu Burgundi zu Britani zu Brabant zu Gheldern etc. graue zu Flanndern zu Tirol etc. bekennen das wir von dem durleuchtigisten fürsten herren Wladislaen kunigen zu Hungern vnd Beheim vnnserm lieben oheimen vnd bruder an den dritten termin vnd beczalung so vnns sein lieb lawt ains tractats zwischen vnnser gemacht zu thun vnd zu geben schuldig ist aufgericht betzallt vnd zu vnnsern handen geantwort hat, benanntlich drey tawsennt guldin reinisch, derselben beczallten summe sagen wir für vnns vnser erben vnd nachkomen den genannten vnsern lieben oheim und bruder den kunig zu Beheim seiner lieb erben vnd nachkommen, quit, ledig vnd loss, wissentlich in craft vnd mit vrkundt dicz briefs. Geben zu Augspurg am achtzehenden tag des monets Juny nach Cristi gepurde viertzehenhundert vnd im zweyvndnewnzigi-

sten vnnserr reiche des römischen im sybenden vnd des hungerischen im andern jaren.

Maximilianus rex.

Ad mandatum dnj regis proprium.

Orig. Perg. 1 Siegel. Staats-Arch.

CV. 1492 s. d.

Consensual-Urkunde der Stadt Mediasch zum Pressburger Frieden.

Nos Mathias Lottus iudex juratique ciues ac communitas vniuersalis ciuitatis meggiensis et duarum sedium saxonicalium recognoscimus et tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod cum hiis diebus proximis vniuerse ille guerre differencie dissensiones et hostilitates que inter serenissimos et excellentissimos principes et dominos, dominos Fridericum imperatorem et Maximilianum romanorum regem semper augustos etc. ab vna, nec non condam Mathiam Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croatie etc. regem clare memorie, consequenter autem serenissimum dominum Wladislaum similiter Hungarie Bohemie Dalmacie Croacie etc. regem, dominum nostrum graciossimum, atque hoc regnum Hungarie ab altera partibus dudum exorte et in hec usque tempore *(sic)* continuate fuerunt vigore certorum tractatuum quos mayestates sue medio oratorum suorum vtrinque habuerunt sub certis articulis et capitulis sint sopite et prorsus extincte sitque perpetua pax et vnio inter easdem tres mayestates regnaque et dominia ac principatus et subditos eorundem Posonij die lune post festum beati Leonhardj confessoris, anno domini millesimo quadringentesimo nonagesimo primo conclusa et firmata atque inter alia hoc precipue cautum et conclusum quod si prefatum dominum serenissimum Ladislaum regem dominum nostrum graciosissimum liberis masculis ex lumbis suis legiptime procreatis, non relictis aut eisdem relictis et sine heredibus descendentibus mortuis decedere contingat, in tali casu prefatum serenissimum dominum Maximilianum romanorum ac Hungarie Dalmacie Croacie etc. regem aut eo non existente aliquem ex filijs suis, aut hijs non existentibus eorum heredibus masculis per rectam lineam ex lumbis eorum legiptime descendentibus, domini prelati barones comites proceres nobiles ciuitates et ceteri regnicvle huius regni vniuersumque

ipsum regnum et prouincie ad id pertinentes pro eorum vero legiptimo et indubitato rege ac domino eligere et acceptare teneantur, nos itaque qui ex numero et collegio liberarum et aliarum ciuitatum ceterorumque regnicolarum huius regni Hungarie sumus pro nobis heredibusque et successoribus nostris tractatum huiusmodj in presenti dieta seu conuentu generali regnicolarum super ea re indicto publice et solenniter acceptauimus et acceptamus atque prefato serenissimo domino romanorum regi publice jurauimus et promisimus juramusque et promittimus eundem tractatum, quo ad omnes et singulos articulos obseruare et in casu iam expresso ipsum serenissimum dominum Maximilianum regem aut eo non existente aliquem ex filijs et nepotibus ac heredibus suis ex lumbis suis per rectam lineam legittime descendentibus juxta formam et tenorem ac continencias predicti articuli desuper in eodem tractatu confecti cum dominis prelatis baronibus proceribusque et nobilibus ac liberis ciuitatibus huius regni Hungarie pro nostro domino et rege eligere et acceptare, harum nostrarum quibus sigillum nostrum est appensum vigore et testimonio litterarum mediante. Datum in predicta Megyes anno domini millesimo quadringentesimo nonagesimo secundo.

Orig. Perg. 1 Siegel. Staats-Arch. Lichnowsky t. VIII. Regg. Nr. 1882.

CVI. Linz 16. Februar 1493.

Sigmund Prueschink und sein Bruder Heinrich, Freiherrn von Stettenberg, erhalten von K. Friedrich die Herrschaft Eisenstadt und Forchtenstein.

Wir Friderich von gottes gnaden römischer kaiser zuallenntzeitten merer des reichs zu Hungern Dalmacien Croacien zc. kunig hertzog zu Osterreich zu Steir zu Kernnden vnd zu Crain zc. Bekennen fur vns vnd vnser erben, als die edeln vnser lieben getrewn Sigmund Prûschinkh öbrister schennkh in Österreich, auch drugsess in Steir, vnser hofmarschalh vnd camrer vnd Hainrich Prûschinkh gebrûder, freyherrn zu Stêttenberg, vnser rate, den hungrischen so vnser herschafft Eysneinstat, vnd Vorchtenstain, in dem ergannggen kriegslewffen inngehabt, damit sy vns die abtretten, vier tausent reinisch guldein, nach vnserm geschêfft vnd beuelhen, ausgericht, auch demselben Hainrichen Prûschink tausent derselben guldein, auf die bemelten vnser geslösser vnd stat zepawen ver-

gunntt, vnd beuolhen haben, daz wir in vnd irn erben die berürten funff tausent guldein auf den gemelten vnsern herschefften verschreiben wissenntlich mit dem brief. Also daz sy die darauf haben, vnd vns der abtzetretten nicht schuldig, sy seine dann derselben fünff tausent guldein vor entricht vnd betzallt vngeuêrlich. Mit vrkundt des briefs geben zu Lynntz an sambstag sannd Julianen tag nach Cristi gebürde, viertzehenhundert vnd im drewundnewntzigisten, vnsers kaisertumbs im ainsunduiertzigisten, vnserr reiche des römischen im drewundfunfftzigisten, vnd des hungrischen im vierunddreissigisten jaren.

Commissio domini imperatoris propria.

Orig. Perg. 1 Siegel. Staats-Arch. Chmel Regg. No. 8905. Lichn. t. VIII. Regg. No. 1895.

CVII. 22. Nov. 1493.

Consensual-Urkunde des neu ernannten Woywoden von Siebenbürgen Barthol. Dragfi de Belthewk zum Pressburger Frieden.

